



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvla Morvm Sive Tractatvs Bipartitvs De Sufficienti Ad
Conscientiam Rite Formandam Regvla In Quo Usus
Cujusvis Opinionis Practice Probabilis Convincitur Esse
Licitus**

Terillus, Antonius

Leodii, 1678

Quæst. XXIX. Vtrùm utraque contradictionis pars esse poßit simul
probabilis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77827](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77827)

QUÆSTIO VIGESIMA- NONA.

*Virum utraque contradictionis pars esse possit simul
probabilis.*

Modus tra-
ctandi quæ-
stionē pro-
ponitur.



DE hâc re fusè egi in tract. de
Consc. prob. quæst. 2. num. 11. &
seqq. item quæst. 5. nu. 16. & seqq.
item quæst. 8. nu. 4. nu. 22. nu. 25.
& seqq. in quibus aliisque locis
plura ad hanc materiam spectantia reperies. Ego
ibi dicta non reperam, sed data occasione brevi-
ter insinuabo, quid sit, quid non sit tenendum.
Porro assertiones nonnullas more consueto ponam,
ut ea, quæ Celladeus lib. 2. à quæst. 8. usque
ad 13. inclusivè circa hanc materiam coæcervat,
quæ contra veritatem, & assertiones locis ci-
tatis à me stabilitas objici possunt, dissolvam, iis
omissis, vel breviter tantùm indicatis, quæ ibi-
dem à me proposita & soluta sunt. Cæterùm ego
hic ordinem Celladei nonnihil immutabo, præ-
ponamque quæ ille postposuit, quia id ad clario-
rem & faciliorem quæstionis resolutionem mihi
conducibilis videtur. Itaque primo loco quæ-
ram, an utraque pars contradictionis possit si-
mul esse probabilis diversis intellectibus, ad quod
ea pertinent, de quibus Celladeus quæst. 9. egit.
Quæram deinde, an & quomodò utraque pars
contradictionis esse possit probabilis respectu
eiusdem mentis, quod Celladeus quæst. 8. per-
tractat. Porro omnia in sex illis Celladei quæ-
stionibus contenta sub uno eodemque præsentis
quæstionis titulo propono, quia omnia ad illum
facillimè reducuntur, ac sub genuina quæstionis
propositæ significatione continentur.

ASSERTIO PRIMA.

*Quod est falsum, potest esse, & sæpe est
probabile.*

Falsa sæpe
sunt proba-
bilia.

2. PROBATUR assertio. Inprimis, omnes
cum Aristotèle pro communi ac indubita-
to axiomate habent, quòd multa falsa sint pro-
babiliora veris, quod certè verum non esset, nisi
multa falsa esse possent verè probabilia. Sed &
Celladeus hoc ipsum expressè videtur admittere,
nam lib. 1. quæst. 1. §. 4. hæc habet: *Non opinio,
sed proverbium est, aliquando falsa esse probabiliora.*
Secundò, id ipsum innumeris exemplis patet.
Sæpe iudex habet plenam probationem contra
innocentem, eumque condemnat. In hoc casu
nemo negare potest, iudicem probabiliter judi-
care innocentem esse reum. Impossibile enim
est, tantam veri apparentiam, quanta ad plenam
probationem & rei damnationem sufficit, non
esse probabilem, & plerumque non connecti cum
veritate, licèt hic & nunc per accidens à vero
aberreret. Idem valet de multis, qui falsò putant
cum esse suum patrem, qui verè non est. In istis

enim casibus falsitas est non solùm evidenter cre-
dibilis, sed adeo credibilis, ut oppositum non sit
ipsis credibile, quia validissima argumenta con-
firmant falsum, cùm veritas omnibus argumentis
destituatur. Ergo in istis datur apparentia digna
assensu, & evidens credibilitas. Ergo sæpe da-
tur probabilitas, & quidem evidens ac valde per-
fecta probabilitas, qua falsum comprobatur.
Tertiò à priori. Probabilitas consistit in vi qua-
dam impellendi intellectum; hæc si sit magna, &
antecedenter ad omnem effectum uni parti inde-
bitè affixum validè impellat intellectum ad assen-
sum, est vera & propria probabilitas. At sæpe
datur istiusmodi vis adeo validè impellens ad as-
sensum falsum, ut non solùm ille prudenter eli-
ciatur, sed sine imprudenti nota omitti non
possit, ut evidens est in exemplis allatis. Ergo
quod est falsum, potest esse & sæpe est verè &
propriè probabile. Omitto in re clara plura coæ-
cervare; quia nec ista fuissent necessaria, nisi mi-
rabilis opinatio Celladei, quam in objectionibus
mox proponam, veritati tam apertè opponeretur.

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

3. OBJICIT primò, omne quod est tale ex
ignorantia vel errore, non est tale sim-
pliciter, sed solùm secundùm quid, & cum addi-
to, quia simpliciter talia, sunt reipsa talia, ut
homo simpliciter, est reipsa homo. Ergo non
possunt esse talia ex errore & ignorantia, cùm
sint talia ex veritate. Ergo ex opposito, quod est
tale ex errore vel ignorantia, non est simpliciter
tale, sed secundùm quid & cum addito; quale est,
quod ex errore creditur aurum & non est; illud
enim non est simpliciter aurum, sed solùm cum
addito apparenter. At fundamenta confirmantia
falsum non sunt gravia, & consequenter neque
probabilia nisi ex errore & ignorantia, quia sci-
licet ignorantur esse falsa; si enim hoc sciremus,
diceremus fundamenta illa esse nulla, sicut dici-
mus aurichalcum non esse aurum. Ergo motiva
probantia falsum solùm ex errore possunt esse
gravia, seu probabilia. Uno verbo, possunt videri,
non autem esse gravia. At quod videtur esse
& non est, non est tale simpliciter. Ita Celladeus
hic quæst. 9 §. 1.

Respondeo inprimis tam hanc, quàm sequen-
tes Celladei objectiones apertè contradicere illi,
quod jam ex ipso citavimus. Si enim falsa non
opinativè, sed certè & proverbialiter aliquando
sint probabiliora; utique certum est, falsa verè
esse posse, & non tantùm dici aut fingi proba-
bilia.

4. Respondeo 2. aliquid dupliciter esse posse

talia

Res dupli-
citer est. po-
tēst talis ex
errore vel
ignorantia.

tale ex ignorantia vel errore, primò causaliter, ita scilicet ut ignorantia sit causa, cur illud existat, eò quòd ablatà ignorantia existere non potuisset. Hoc modo omne iudicium falsum vultuisset. Secundò aliud est tale ex errore, quatenus est objectum erroris, per quem representatur aliter ac est in se. Sic aurichaleum ex errore dicitur & creditur esse aurum, cum tamen non sit aurum, sed aurichaleum: hæc distinctio aperit æquivocationem, quæ Celladeum deceptit, & evidenter solvit argumentum. Major enim, in qua tota vis argumenti consistit, vera est de iis, quæ sunt objectum ipsius erroris, sed est evidenter falsa de iis, quæ existunt dependenter ab ignorantia vel errore; illa enim, cum existant, necessariò sunt simpliciter, qualia ex sua entitate sunt. Sic iudicium falsum est simpliciter ac sine addito iudicio, quamvis non sit tale nisi ex ignorantia. Idem dico de conclusione falsa legitime deducta ex præmissis. Conclusio enim illa est verissima conclusio, licet non sit talis nisi dependenter ab errore, in altera saltem præmissarum contento. Similiter peccatum est propriè ac verè peccatum, licet sit talis ex ignorantia, quia omnis peccans est ignorans, qui si plenitudinem scientiæ haberet, non peccaret.

Hic est casus noster, quia probabilitas in casu præsentis est quidem talis ex ignorantia causativè, quæ impetus ille intellectualis, quem existentem experimur, non extitisset, nisi veritas latuisset. Non autem est talis ex errore terminativè ac representativè, quia existentia huius impetus, ejusque vis ac magnitudo, non erroneè, sed verè & perspicuè cognoscitur per actum, quo ejus naturam & vim investigamus. Itaque cum probabilitas consistat in hoc impetu intellectuali ejusque magnitudine, procul dubio apparentia illa est verè & propriè probabilis, suaque existentia denominat objectum simpliciter probabile, credibile, ac dignum fide. Ergò motiva probantia falsum non solum videri, sed esse possunt gravia, & probabilia.

Quod est
tale consti-
tutivè per
errorem est
simpliciter
tali.

5. Rursus ad essentiam veræ probabilitatis essentialiter requiritur, ne certitudo aut evidentia contrarii appareat. Itaque carentia certitudinis de opposito est de essentia omnis probabilitatis, ut fuse probavi quæst. 3. de Consi. prob. numero præsertim 9. 25 & 26. Hoc verum est, si verè argumenta probabilia verum, si verè falsa suadeant. Hoc posito, argumentum non valet, quia major non potest procedere de iis, quæ per ipsam ignorantiam constituuntur: illa enim ita sunt simpliciter talia per ignorantiam, ut sine ignorantia repugnet illa aut esse aut esse talia. Itaque quidquid sit de majori in alio sensu, in hoc certè est evidenter falsa, quia homo simpliciter est errans & ignorans per errorem & ignorantiam, quamvis non nisi per illa sit errans vel ignorans, ut patet. Eadem est ratio de ignorantia veritatis certæ in contrarium respectu probabilitatis, quia probabilitas non minus constituitur per talem ignorantiam, quàm concretum ignorans.

Objectio 2.

6. Objicit secundò. Negari non potest, quin motiva suadentia falsum sæpè magnam vim habeant ad movendum intellectum, quia magnam & validam veritatis apparentiam excitant; nihilominus ista apparentia est magna ex errore vel ignorantia, & quòd major est, eò etiam est fallacior, & veritati repugnantior, quia eò majorem decipiendi vim habet. Ita Celladeus *ibidem*.

Stimulus

Respondeo apparentiam illam, illumque sti-

R. P. A. Terilli Regula morum. PARS I.

mulum esse revera validum & simpliciter magnum in seipso, non per fictionem, sed ex suis intrinsicis prædicatis; & quidem tantus est hic stimulus in ordine ad falsum, quantum est in ordine ad verum solum probabiliter cognitum. At quando refertur ad verum, vel te fatente, est simpliciter magnus intrinsicè & per se. Ergò etiam quando refertur ad falsum, quia per hoc nil de intrinseca illius magnitudine demitur, ut patet. Jam quòd apparentia ista sit magna ex ignorantia, nil facit ad rem, ut constet ex dictis ad primum, maximè cum intrinseca illius magnitudo aut causetur, aut certè per ipsam ignorantiam constituitur. Quòd autem apparentia illa per accidens sit magis fallax, probat intentum; quia probat, quod apparentia sit intrinsicè magna, & major aliis, quæ minus impellunt.

ad assensum
falsum im-
pellens non
apparet
sed verè est
magnus.

7. Objicit tertio. Apparentia ista, & stimulus iste intellectualis est quidem magnus quoad intellectum; non autem quoad objectum. Porro ista specificantur & præcipuè talia sunt & dicuntur relatè ad objectum, non ad intellectum, alioquin hæretici, quibus suæ sectæ videntur certæ, haberent probabilitatem de veritate suorum errorum, quia absque dubio validam & vehementem apparentiam habent de objectis, quæ credunt. At sequela est falsa, nec à nobis admittitur, quia dogmata hæreticorum non sunt probabilia. Itaque dicendum est, apparentiam falsam esse magnam solum relatè ad intellectum, non ad objectum, & consequenter non esse magnam simpliciter, sed secundum quid & cum addito, quia est ficta. Ita Celladeus *ibidem*.

Apparentia
veri dicitur
respectu ad
objectum &
intellectum.

8. Respondeo omnem apparentiam intellectualem dicere duplicem respectum, alium ad intellectum, alium ad objectum. Dicit respectum ad intellectum, tanquam ad subjectum, in quo recipitur, & ad potentiam vitalem, quam informat, atque in genere causæ formalis stimulat ad assensum. Dicit respectum ad objectum, tanquam ad terminum, quem representat. Hic secundus respectus potior est, quàm primus, quia apparentia potissimum est ejus, quod apparet. At solum objectum apparet per illam, non intellectus. Ergò omnis apparentia veri potissimè refertur ad objectum, quod representat. Ergò quævis ejusmodi apparentia non solum est magna respectu intellectus, quem movet, sed etiam respectu objecti, quod representat, quia clarius & majori perspicuitate representat objectum, quàm alia minus valida. Hoc autem est apparentiam esse magnam respectu objecti, quando objectum est verum. Ergò per idem evadit magna respectu objecti, quando objectum est falsum; quia quòd objectum sit vel non sit, ut representatur, nullo modo variat apparentiam, aut quidquam de illius intrinseca magnitudine aut relatione immutat, ut patet. Demum repugnat apparentiam esse magnam respectu intellectus, quin sit magna respectu objecti; ideo enim intellectus movetur, quia objectum representatur, quòque representatio objecti est clarior & fortior, eò intellectus vehementius movetur. Itaque distinctio illa, de apparentia magna respectu intellectus seu subjecti, non autem respectu objecti, sine fundamento excogitata est, & perspicuè veritati repugnat; quin & terminos connexos, seque mutuo inferentes, ponit pro terminis repugnantibus, seque mutuo excludentibus, quo nil absurdius dici potest.

Apparentia
veri potior
tem dicit re-
spectum ad
objectum
quàm ad in-
tellectum.

Idem est ap-
parentiam
esse magnam
respectu in-
tellectus &
respectu ob-
jecti.

9. Porro ob instantiam hæreticorum, suis erro-

Apparentia
ribus

duplex, alia sumitur ab objecto, alia ab affectu indebito.

ribus firmiter adherentium, non cogimur hanc distinctionem, aut aliam illi equivalentem admittere. Certè si Celladeus legisset, quæ tradidi de apparentia probabili quest. 2. 3. & 8. de Conf. prob. hæc nunquam objecisset. Dico ergo aliam esse apparentiam, quæ oritur à dispositione opinantis; aliam, quæ à mera objecti propositione confurgit. Apparentia veritatis, consequens iudicium aut affectum uni parti indebitè impensum, est longè major, & vehementius stimulat ad assensum, quàm quæ ex mera objecti propositione provenit, ut & per se patet, & fusè ostendi locis citatis. Jam ex apparentiis, illa sola est probabilis, quæ est rationalis, suamque magnitudinem sumit ab ipsa objecti propositione, & non ab indebita animi affectione ad unam partem; nam illa sola fundare potest iudicium rationale ac prudens; quia iudicium regulatum ab apparentia, quæ magnitudinem suam à passione mentem excæcante trahit, non potest esse prudens. Jam probabilitas solum dicitur in ordine ad iudicium rationabiliter ac prudenter elicatum, ut patet. Unde non omnis apparentia magna est probabilitas, sed illa sola, quæ fundat iudicium rationale ac prudens; prout fusè explicatum est locis citatis. His positis.

Hæretici culpabiles nunquam sed merè materiales aliquando probabiliter credūt suos errores.

10. Hæretici, alii invincibiliter, alii vincibiliter errant. Qui errant invincibiliter, eò quòd posità debità diligentia suis instructoribus fidem præbeant, sæpè stimulantur tantà apparentià veri, quanta sufficit ad prudentem assensum ab eo impetrandum, qui veritatem scire non potest, quique non ex passione animum excæcante, & ad unam partem præcipitante, sed ex sincero veritatis amore iudicium elicit. Tales, inquam, hæretici merè materiales habent apparentiam ipsis hic & nunc per accidens peculiariter probabilem pro suis erroribus, qui aliquando tantà verisimilitudine rudibus proponuntur, ut citra imprudentiam assensum suspendere nequeant. Ratio est, quia apparentia veri in istis non solum est magna, sed etiam est rationalis, quia suam magnitudinem sumit ab objectis ipsis taliter propositis, non autem à prava opinantis dispositione. E contra hæretici vincibiliter errantes necessariò carent omni apparentià probabili, seu omni apparentià verè magnà ac rationali; quia apparentia, quam habent, consequitur ad assensum & affectum uni parti indebitè alligatum; talis autem apparentia, etsi maxima, & ipsis certissima videatur, est extra totam seriem apparentiarum probabilium, & eò minus de probabilitate participat, quò major fuerit; quia ille excessus magnitudinis ab excessu affectus indebiti provenit; quò autem affectus indebitus fuerit vehementior & obstinatio, eò magis à ratione ac prudentia in ferendo iudicio recedit, ut patet. Stat ergò, apparentiam probabilem dicere tres respectus, seu rationes: Primus est ad intellectum, qui movetur: Secundus ad debitam dispositionem ejus, qui movetur: Tertius ad objectum, quod proponitur, & hic est potissimus ac maximè essentialis illius respectus. Cæterum apparentia dicens respectum ad pravam dispositionem subjecti, sive illa fuerit in intellectu, sive in voluntate, rarò est probabilis, cum illa, quæ mensuram suam ab objecto desumit, non possit non esse probabilis, si verè sit magna.

Apparentia veri dicitur tres respectus.

Objectio 4.

11. Objicit quartò. Apparentia falsa non facit fundamenta verè gravia; quia si faceret gravia, crescente gravitate, faceret tandem certa. At consequens est falsum. Ergò & antecedens. Itaque apparentia falsa est mera fictio, quia non habet

objectum sibi correspondens, ideoque non facit argumenta esse gravia simpliciter, sed solum secundum quid, scilicet ex errore vel ignorantia eorum, qui ignorant, vel errant.

Respondeo, apparentiam falsam, sive sermo sit de apparentia formali, quæ consistit in actu intellectus, sive de apparentia objectiva, quæ consistit in objecto adæquato tantà claritate representato, propriè illud efficere fundamentum grave, sed intrinsecè illud constituere; nam sicut apparentia, ita & argumentum dividitur in objectivum & formale. Nec dubium, quin sicut apparentia objectiva identificatur cum argumento objectivo, ita apparentia formalis identificetur cum argumento formali. His positis, quamvis apparentia veri faciat, seu potius constituat fundamenta gravia, non ideo sequitur quod crescente apparentia, argumenta tandem evasura sint certa, quia probabilitas & certitudo sunt diversi ordinis. At inferius ex duobus diversi ordinis per nullam additionem æquare potest superius, ut videre est in peccato veniali & mortali, in linea & superficie, in perfectione bruti & hominis; nulla enim additio unquam reddet inferius æquale superiori, ut patet. Idem profus locum habet inter argumentum probabile & certum, quia certum excludit omnem formidinem, quam probabile non excludit. Rursus id ipsum experientia patet, quia quamvis plura & plura argumenta incerta & dissimilia afferantur pro aliqua thesi, illa tamen non evadit certa, nec omnem formidinem excludit, quamvis formido semper cum aliqua proportionem muniatur, prout argumenta rem consistantia augmentum sumunt.

Apparentia potest fieri per errorem, ut aliquid quod verum est, videri quod falsum.

12. Quòd si aliquando argumentorum similitudinem, seu potius similitudinem multitudine retestatam reddat certam, sicut certum est Cæsarem & Pompeium inter se bellasse, id non oritur ex eo, quòd quævis argumenta incerta per additionem tandem æquent certa (hoc enim falsum est) sed ex eo, quòd detur quædam magnitudo apparentiæ in tali ordine, quæ fallere, & falli nescit, cum tamen infra illam magnitudinem plura dentur homogenea toti, quæ aut fallere aut falli possunt. Talia proinde, si augeantur, tandem coincidunt cum ipso certo, & sic constant argumentum certum. Cæterum, hoc proprium est rerum, quæ tali testimonio probantur, ut nil falsum tantà talium testimonio nube confirmari possit, quanta requiritur & sufficit ad certitudinem. Unde loquendo in casu ejusmodi, argumentum procedit de subiecto non supponente, quia motiva probantia non possunt semper crescere per partes æquales, modò supponamus objectum, quòd confirmant, esse falsum. Itaque argumentum vel est de subiecto non supponente, quia stante falsitate, movivum non potest crescere juxta intentionem argumenti; vel certè nil concludit, quia dato perpetuo incremento, non ideo ponitur certitudo aut evidentia.

Reprobatur falsum in aliqua materia nova & non subsistens similibus confirmari.

13. Cæterum quòd apparentia falsa dicatur fictio, verum quidem est, relatè ad terminum representatum; falsum autem relatè ad propriam ipsius apparentiæ vim & magnitudinem. Jam quòd facit argumentum grave, non est fictio aut veritas, quia multa argumenta tam conformia quàm difformia suis objectis sunt levissima; sed est intrinseca magnitudo ipsius apparentiæ rationalis, ut patet; hæc enim est, quæ facit argumentum simpliciter leve vel grave. Nec obstat, quòd talis apparentia sit ex ignorantia, aut etiam ex ignorantia consistat, ut constat ex dictis.

Apparentia falsa est fictio respectu objecti, non autem respectu ipsius magnitudinis.



Argumentum unde dicitur grave respectu hominis.

14. Objicit quinto. Onus, quod solum est grave alicui ob malam illius dispositionem, non est simpliciter grave, sed solum secundum quid, nempe quoad debiles & aegrotos, alioquin decem librae essent onus grave. At error & ignorantia sunt aegritudo intellectus. Ergo fundamentum solum grave ex errore vel ignorantia non est simpliciter grave, cum tale non sit benevalentibus in eare. Ita Celladeus loco citato.

Respondeo grave & leve esse denominationes relativas ad vires, quae debent ferre, aut fovere onus. Jam nos comparavimus motiva cum perfectione limitata humani intellectus, & dicimus, illa esse gravia intellectui sic limitato, quaeque vehementer illum impellunt ad assensum, maxime quando intellectus ob suam imbecillitatem, nec habet, nec habere potest quidquam simile pro opposito. Quid clarius? jam omnes homines in multis insuperabilis ignorantiae aegritudine laborant. Ergo omnia argumenta sunt hominibus simpliciter gravia, quae in rebus ejusmodi sunt gravia ignorantibus, quia omnes homines in rebus ejusmodi sunt naturaliter ignorantes. Certè si omnes homines essent naturaliter tam debiles sicut aegroti, decem librae essent simpliciter onus grave, quia talis denominatio sumitur relatè ad vires humanas, quales illae sunt communiter juxta leges naturae. Itaque haud dubiè talia fundamenta sunt simpliciter gravia nobis, quamvis sint levissima ac propterea nulla angelo, qui evidentem rerum scientiam habet.

Apparentia probabilis est essentialiter argumenti grave.

15. Est & aliud peculiare in hac re, ad quod Celladeus non advertit, scilicet, quod motiva istiusmodi ex sua essentia possunt esse in intellectu ignorante, quia constant ex ipsa ignorantia, ut dictum est. Et sanè repugnat angelum contra veritatem evidenter vitam stimula in tali stimulo, quali nos ad falsum stimulamur. Ergo motiva ista sunt essentialiter gravia, quia essentialiter repugnant esse in intellectu, qui illis graviter non urgeatur ad assensum, seu in intellectu, qui veritatem clarè videat. Ergo licet gravitas oneris materialis sit relativa ad vires majores vel minores, ideoque dici possit parva vel magna, aliter tamen dicendum est de apparenti probabilis, & impetu intellectualem; ille enim non est indifferens ad intellectum scientem & ignorantem, sed essentialiter refertur ad solum intellectum ignorantem laborantem, ideoque simpliciter gravis est, sicut pondus quodvis esset simpliciter grave, si uni tantum potentiae posset imponi, à qua tamen absque difficultate attolli non posset, quia tale pondus non haberet potentiam, respectu cujus dici posset leve.

ASSERTIO II.

Utraque pars contradictionis potest simul esse probabilis diversis intellectibus aut eadem intellectui successive.

Utraque pars contradictionis potest esse simul probabilis duobus intellectibus.

16. CONSEQUITUR ex dictis. Pars vera potest esse probabilis uni intellectui, utpote qui valida pro illa argumenta, & nulla pro opposito habeat, & de hoc non est dubium. Rursus hoc non obstante, pars falsa potest simul esse probabilis alteri intellectui, opposita de causa, ut certum est ex assert. 1. hac ratione probabile est uni, quod Petrus non sit filius Pauli, cum tamen ipsi Petro sit probabilissimum, quod sit Pauli & P. A. Terilli Regula motum, PARS I.

filius. Ergo utraque pars contradictionis simul esse potest probabilis diversis intellectibus. Idem valet respectu ejusdem intellectus respectu diversorum temporum, quia eadem rationes idipsum evincunt, ut patet.

17. Confirmatur expressè atque indubitata Aristotelis auctoritate, qui in libro Rhetor. totus est in ostendendo, quomodo utraque pars contradictionis reddi possit probabilis, atque credibilis. Certè Philosophus lib. 1. cap. 1. exponit quid sibi in illo opere praestandum praefigat. Praeterea, inquit, oportet ut sicut & in syllogismo persuadere contraria possimus. Et mox hac subiungit. Aliarum igitur artium nulla de contrariis ratiocinatur, sed Dialectica & Rhetorica id solum faciunt. Nam utraque similiter de contrariis est. Ecce sibi proponit pro scopo totius dissertationis, ut utramque partem probabilem ac credibilem efficiat. Proprium enim opus Dialecticorum & Rhetorum est, ut utraque pars per Oratores & Dialecticos sibi contradicentes reddatur probabilis, & haec ipsum est quod quotidie fieri videmus. Hoc sibi Aristoteles in genere ostendendum proposuit, atque hoc ipsum in decursu libri ad particulares materias applicat, ostendendo in singulis principia & modum, quibus utraque pars reddi possit credibilis, ut bene observavit Elparza in Appendice art. 94. ubi pulchrè rem specificat ex cap. 15 lib. 1. Rhetor. Deinde idipsum exemplo & ratione sic declarat. Utraque pars contradictionis subesse potest principio universali, quod primò & per se probabile est, & haud dubiè plerumque verificatur in particularibus. Ergo una pars credi potest propter unum motivum probabile, cui subest, & alterum propter aliud principium probabile, sub quo continetur. Hoc modo utraque pars esse potest probabilis, quia quod ex probabili inferitur est probabile per Aristotelem: sed & S. Thomas opus. 4. cap. 1. idipsum aperè asserit his verbis. In omni materia existentibus veris, vel probabilibus praemissis, semper sequitur conclusio vera, vel probabilis. Doctrinam hanc sic exemplo confirmat Elparza. Probabile est matrem diligere filium. Similiter credibile est laudentem non diligi à se. Utraque enim est principium primò & per se credibile, seu probabile. Contingat jam Bertam iniquè & graviter lædi à Titio, suo filio. Probabile ergo erit Bertam diligere Titium, utpote filium; & probabile erit, quòd cum non diligit, utpote à quo iniquè læditur. Et sanè nil evidentius, quam exemplum hoc intentum evincere respectu duorum intellectuum, quorum alter solum sciat Bertam esse matrem Titii, alter solum novit, quod à Titio graviter læsa fuerit. Itaque haud dubiè Aristoteles nobiscum est, quem citavi in hac assertione, quia evidentissimum est, quod in hoc saltem nobiscum sentiat. Verum haud dubiè consentit etiam in sequenti conclusione, quia totum opus ipsius in Rhetoricis ed tendit, ut utraque pars contradictionis apud eundem judicem reddatur probabilis. Ergo Aristoteles in omnibus nobiscum sentit.

Aristoteles expressè tenet utramque partem contradictionis esse potestabilem.

ASSERTIO III.

Si fundamenta utriusque partis contradictionis simul accipiantur, & invicem comparentur, illa sæpe sunt simul probabilia respectu ejusdem intellectus illa invicem comparatis.

Utraque pars sæpe est probabilis respectu ejusdem intellectus.

18. **P**ROBATUR Assertio. Fieri potest, ut intellectus ita consideret fundamenta duorum opinionum sibi contradicentium, in quibus Auctores se fundant, ut neutri parti assensum præbeat, sed de utriusque veritate judicium suspendat. In hoc casu intellectus ille examinare potest gravitatem istorum fundamentorum, non tam ab impulsu, quem in se sentit, quam ab impulsu, quem videt illa in aliorum mentibus excitare. At videt fundamenta partis A in contradictione fundamenti contrarii tam validè impellere mentes plurimorum Auctorum probitate ac peritiâ præstantium, ut post diligentem questionis enodationem, & omnia hinc inde perpensa, ab illis assensum impetrent; quod certè facere non possent, nisi essent valdè gravia, quia viri periti & probi, qui omnia diligenter perpendunt, absque valido ac gravi motivo sententiam non ferunt. Rursus idem videt locum habere in fundamento partis B. contra motiva partis A. Ergò videt, scit, & judicat motiva utriusque partis non solum solitarie sumpta, sed etiam prout comparantur cum fundamentis contrariis esse gravia. Illa enim motiva sunt gravia, quæ maximè peritos tam vehementer movent, ut ad assensum alliciant, sicut illa onera sunt simpliciter gravia, quæ validè premunt etiam robustiores. At fundamenta utriusque partis sæpe vehementer movent, & ad assensum alliciunt maximè peritos etiam in contradictione mutua. Ergò fundamenta utriusque partis sunt probabilia in contradictione mutua, etiam respectu intellectus illa invicem comparantis.

Prob. 2. Grave & leve, magnum & parvum dicuntur relativè, ut ex Aristotele proximè observatum est. Ergò apud nos homines illa motiva sunt, & dicenda sunt gravia, quæ doctissimis ac maximè probis & peritis non solum videntur gravia, sed etiam habentur vera, & ab illis assensum extorquent. Ratio est, quia isti sunt maximè robusti, & optima inter homines sanitate fruuntur, reliqui autem respectu istorum quoad veritates difficiles intelligendas debiles sunt & infirmi. Ergò quod illos validè movet, simpliciter grave est, & consequenter etiam probabile. At motiva cujusvis partis contradictionis sunt & cognoscuntur esse talia etiam in contradictione contrariorum. Ergò sunt simul gravia & probabilia, etiam respectu ejusdem intellectus. Pluribus supersedeo, quia quæ pro sequentibus assertionibus afferenda sunt, à fortiori istius veritatem ostendent.

Responsio Celladei ostenditur insufficientis.

19. Celladeus vidit secundum hoc argumentum, illudque contra se proposuit, ut probaret partem falsam esse posse probabilem, ac magno fundamento niti, saltem divisivè, si non comparetur cum fundamentis contrariis. Verùm quod reponit, est penitus insufficientis, cum solum recurrat ad duo jam rejecta. Primò dicit, quod motivum non sit grave simpliciter, sed solum secundum quid, quia est ex ignorantia. Secundò vult, quod argumentum non dicatur grave, nisi ex respectu ad veritatem, alioquin motiva fidei Christianæ non essent gravia, quia comparatione factâ

ad omnes aliarum Religionum professores vim non habent, nec gravia sunt nisi respectu paucissimorum. Hæc responsio est planè insufficientis ut constat ex dictis. Verùm præter hæcenus dicta in contrarium, falsum est quod hic dicit, gravitatem fundamentorum, seu probabilitatem involvere respectum ad ipsum verum, sine quo nullum argumentum est grave, quantumvis tale videatur. At hoc est apertè falsum ex mente omnium, quia omnes apertè asserunt, multa falsa esse probabiliora veris, ut in casu judicis ex plena probatione innocentem condemnantis, aliisque ejusmodi. Præterea omnes fatentur, probabilitatem esse certò discernibilem, etsi veritas ipsa certò discerni non possit. At hoc esset falsum, si vera probabilitas respectum diceret ad ipsum verum reale, tunc enim certificari non possemus de probabilitate aut fundamentum gravi, nisi de ipsa veritate pariter certificaremur.

ASSERTIO IV.

Motiva, contrariantia opinioni certò probabilis, sæpe notabiliter sollicitant intellectum ad assensum, licet intellectus ille absolute existimet opinionem illam esse & veram, & certò probabilem.

20. **P**ROBATUR. Experientia constat, si deles, firmissimè credentes fidei mysteria, sæpe sollicitari ad discredendum ob argumenta, quæ ipsi in contrarium objiciuntur. At mysteria sunt non solum probabilis, sed certa, etiam in contradictione omnium argumentorum, quæ inimici fidei, vel diaboli ipsi in contrarium objicere possunt. Rursus intellectus illa admittit ut vera & certa, & tamen aliquando in sensu composito notabiliter sollicitatur ad discredendum. Ergò à fortiori sollicitari potest ad discredendum illis, quæ solum sunt probabilis, & non certò sed formidolosè & probabiliter habentur vera. A fortiori, inquam, quia motiva incerta minore vim habent vim contra motiva opposita certa, quam contra incerta; quibus enim excessus in motibus unius partis minuit vim motivorum alterius partis ut patet. Ergò si, non obstante certitudine fidei, cui intellectus actu adhæret, motiva, fidei contraria, vehementer sollicitent ad dissensum; eadem motiva fortius eundem impellerent, si pro fide sua non certa, sed solum probabilis & incerta motiva haberet.

21. Confirmatur. Omnes quotidie experimur formidinem deceptionis in assertionibus, quas solum credimus esse probabiliter veras. Eò autem major est ista formido, quò clariùs consideramus motiva in contrarium. Ergò motiva illa notabiliter sollicitant ac movent intellectum in sensu composito motivorum contrariorum, etiam quando prævalent, & ad veram & certam probabilitatem pertingunt. Necessè enim est, aliquas ex opinionibus, quas tanquam probabiles defendimus, esse verè & certò probabiles.

22. Confirmatur secundò. Sæpe levia judicium notabiliter sollicitant ad temerè judicandum contra proximum, etsi ex argumentis longè majoribus & prævalentibus absolute putemus illum esse innocentem. Ergò judicium multò majora longè validiùs intellectum stimulant, si argumenta pro innocencia simul non crescerent. Et quidem hæc pugna inter argumenta utriusque partis in

uno eodemque instanti sentitur, tum quia experientia id testatur, tum quia alioquin nulla esset pugna aut lucta, nam qui hoc anno stimulatur ad credendum unum sine stimulo ad oppositum, & anno sequenti stimulatur ad oppositum sine stimulo ad prius, nullam luctam sentit, quia in nullo instanti resistantiam aut difficultatem experitur. Ergo ut sic lucta, ac resistantia, pugna unius motivi pugnae alterius coexistere debet. Demum hoc ipsum fusè probavi *quæst. 7. de Consc. prob. num. 7. & seqq.* ubi plura de hac re invenies.

ASSERTIO V.

Sæpè utraque pars contradictionis, tam quoad se, quam quoad nos, est simul verè probabilis eidem intellectui, quamvis intellectus absolute existimet partem alteram esse veram, alteram falsam.

babilis. Ergo motiva utriusque partis verè & quoad se sunt simul probabilia, idque respectu ejusdem intellectus, qui hæc omnia rectè percipit, quamvis unam partem alteri actu præferat.

25. Probatur secundò. Motiva contraria non ita se elidunt, quin utrumque alliciat intellectum contra alterum, ut constat *ex assertione 3.* Hoc posito sic. Illa apparentia est verè probabilis, quæ tanta est, ut ex omnibus illi æqualibus plures connectantur cum veritate quàm cum fallitate. At apparentia veritatis pro utraque parte potest simul esse tanta, etiam respectu ejusdem intellectus, ut fusè ostendi *quæst. 2. num. 13. & seqq.* item *quæst. 5. num. 16. & seqq. de Consc. prob.* ubi etiam argumenta in contrarium dissolvi. Ergo utraque potest esse simul verè probabilis quoad se.

Secundà ratio.

26. Probatur tertio. Probationes istæ maxime procedunt de motivis dissimilibus, quæ secundum quid mutuo excedunt se invicem; qualia sunt motiva opinionum contradictoriarum, quas scholæ & Auctores communiter amplectuntur, & aperto ore vocant valde probabiles. Jam si loquamur de istis motivis inter se colluctantibus, illa sumi possunt: primo, prout se habent in intellectu pro priori ad omnem assensum aut affectum uni parti impensum: secundò prout se habent pro posteriori ad affectum & assensum uni parti præstitum. Hoc posito, sic arguo. Apparentia veritatis consequens affectum & assensum absolutum de rei veritate longè major est, quàm quæ præcessit affectum & assensum, quia per assensum pars credita judicatur esse absolute vera, & pars opposita ut absolute falsa contemnitur, ut fusè ostendi *quæst. 8. de Consc. prob. num. 25. & seqq.* de quo etiam nonnulla dixi *quæst. 3. num. 16. in eadem tract.* Rursus, quò una pars contradictionis verisimilior apparet, eò altera, si motiva illius non crescant, apparet minus verisimilis, ut per se patet. Ergo motiva reprobata minus fortia apparent post assensum motivis oppositis præstitum, quàm antea appaerent, quia illa non crescunt, opposita autem crescunt; quippe quæ absolute præteruntur & judicantur vera, cum illa absolute repudientur ut falsa. At apparentia veritatis pro parte repudiata est valde magna & notabiliter impellit intellectum ad dissensum, etiam consequenter ad iudicium, quo absolute contemnitur ut falsa. Et sanè hæc apparentia tanta est in contradictione totius apparentiæ contrariæ, ut sæpè ab ipsis, qui illam respuunt, vocetur probabilis, valida, & gravis. Ergo à fortiori apparentia illa pro priori ad talem affectum & assensum erat valida, cum esset multò major saltem comparative, quàm jam sit, & intellectum multò vehementius stimulare. Ergo pro illo priori erat simpliciter gravis, simpliciter valida ac probabilis, & apta sine dubio ad impetrandum assensum à probo & perito. Jam apparentia probabilis potissimè defumenda est à magnitudine stimuli intellectualis, qui omnem assensum & affectum uni parti impensum antecedit, ut patet, & ostendi *quæst. 2. de Consc. prob. num. 13.* Ergo utraque apparentia in eo statu sumpta (in quo præsertim sumi debet ut rationalis ac vera apparentiæ magnitudo cognosci, ac quasi mensurari possit) est verè magna, simpliciter valida, absolute rationalis, non temeraria, sed assensu digna, & verè probabilis.

Motiva par. ti repudiatæ majora sunt in actu primo quàm post assensum alteri parti præstitum.

27. Probatur quartò. Illa sententia non potest non esse probabilis, cujus motiva, & in se, & relatè ad argumenta opposita sunt talia, ut post omnia considerata impetrare poterint assensum à viginti

Numerus Auctorum utriusque parti faventium probat, ut

23. **P**ROBATUR Assertio contra Cellædem *lib. 2. quæst. 8.* Illa motiva dicuntur gravis & probabilia quoad nos, quæ nobis apparent tanquam digna assensu. Illa erò sunt probabilia quoad se, quæ verè sunt digna assensu, & sufficientia ad fundandum assensum rationabilem ac prudentem. His pro terminorum explicatione dictis, sic arguo. Inprimis, quod utraque pars sæpè sit probabilis quoad nos, è communi gravissimorum Auctorum confessione, & omnium peritorum experientiâ satis testatum est. Ex Auctorum quidem confessione, quia plurimi post omnia utriusque partis argumenta diligentissimè ponderata, ita uni parti subscribunt, ut tamèn apertè fateantur opinionem contrariam esse valde probabilem. Ergo utraque pars illis videtur valde probabilis, eisi una alteri ab illis præferatur. At hi ipsi Auctores expressè declarant, se nomine opinionis valde probabilis intelligere opinionem magnis, gravibus ac rationabilibus fundamentis stabilitam. Ergo quoad illos utraque pars simul est probabilis, & habet fundamentum valde grave. Idem etiam ex peritorum experientia constat, quia ex assertione antecedenti certum est, fundamenta, propriæ sententiæ contradicentia, sæpè esse tantæ efficaciz, ut intellectum vehementer stimulent ad assensum oppositum. Hunc stimulum omnes experiantur, dumque illum ejusque qualitatem considerant, agnoscunt & fatentur illum esse talem, etiam in contradictione motivorum, quibus ipsi assensum præbent, ut si aliquis ex imperio voluntatis illi, opposito rejecto, assensum præberet, non temerè, sed rationabiliter, ac prudenter opinaretur. Hoc enim apud illos est opinionem esse probabilem. Imò quod plus est, vident & existimant motiva illa esse tam gravis, ut ab aliis viris doctissimis non immeritò præferantur illis, quæ ipsis magis probantur. At hoc est, motiva utriusque partis esse probabilia & gravis quoad nos, ut patet.

24. Probatur secunda pars de probabilitate quoad se. Probabilitas quoad se non est nisi apparentia digna assensu. At apparentia utriusque partis talis est etiam in contradictione motivorum contrariantium; quia videmus plures prudentes ab his contra illa alliciat assensum, & alios complures illis motivis contra hæc assensum præbere. At apparentia, quæ virum prudentem, non temerè; non ex passione, sed sicut virum probum & peritum oportet judicantem, inducit ad assensum, est digna assensu, verè magna, & probabile.

Quàm etiã quoad se. R. P. A. Terilli Regula Morum. PARS I.

eramq; esse viginti viris maximè probis ac doctis. Manifestum enim videtur, quòd viginti viri graves & docti, post omnia utrique parti faventia diligenter considerata, non possunt in unam convenire sententiam, nisi illa habeat fundamentum grave, verè magnum, & assensu dignum. Præterea, auctoritas tot Auctorum, post omnia in contrarium considerata, conspirantium in eandem sententiam est motivum extrinsecè probabile, quia per se patet, quod talis auctoritas plerumque nec fallatur nec fallat. Si enim de tali auctoritate dici non possit, quod plerumque non erret, frustra talem quæreremus, aut illi habitæ staremus. At qui sæpè evidens est, viginti Auctores maximè peritos & probos, post omnia considerata, stare pro una, & totidem pro altera parte contradictionis. Ergò aliquando utraque pars contradictionis est simul & semel probabilis; idque tam extrinsecè, quam intrinsecè; quia in hoc casu extrinsecè probabilitas convincit probabilitatem intrinsecam non deesse. Et sanè cum totum hoc simul clarè innotescat eidem intellectui, tam illi, qui absque iudicio ulli parti alligato utraque motiva considerat, quam illi, qui actu unam partem ut absolute veram approbat, necesse est, ut utraque pars aliquando simul appareat, sit, & agnoscatur esse probabilis, tam quoad se, quam quoad nos; idque ab uno eodemque intellectu, etiam ab illo, qui unam partem iudicat esse veram, & alteram falsam. Et hoc est, quod Auctores gravissimi tradunt, quando affirmant, opinionem suæ sententia contradictoriam esse valde probabilem.

Aristoteles à nobis stat.

28. Demùm, dubium non est, quin hæc sit mens expressa Philosophi in *libris Rhetor.* quem supra num. 17. citavi. Porro quod utraque motiva valde gravia sint eidem intellectui, tam clarum, experientiaque communi tam conforme videtur, ut nemo de rei veritate meritò dubitet, si terminis utamur in legitimo eorum sensu ab Auctoribus usitato, qui omnes communiter assentunt, pondus seu vim stimuli intellectualis dici & esse magnam relatè ad intellectum humanum, & ad insuperabilem ejus ignorantiam, ac pronitatem ad assensum in rebus incertis. At motiva utriusque partis sunt tam efficacia, ut relatè ad ista non possint non dici verè magna, & simpliciter gravia. Ergò utraque sunt verè simul probabilis. Qui plura cupit de hac re legat *quest. 8. de Consc. prob. num. 16. & seqq.* & Martinum de Esparza, in *Appendice art. 94. & seqq.* Ubi rem hanc tum ex mente Aristotelis, tum ex rationibus solidè declarat, & meo iudicio convincit. Plura etiam ad idem spectantia dicenda erunt in objectionum solutione, quam aggredior.

Motivum relatè ad quod dicitur magnum.

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

29
Obiectio 1. **O**BJICIT primò. Duo contradictoria nunquam nobis proponi possunt ut simul opinabilia, seu digna assensu, quia motiva concurrentia vel sunt æqualia, vel inæqualia. Si æqualia, nulli parti assentiri possumus; si inæqualia, omnem assensum suspendere possumus, sed si dandus sit, necessariò dandus est parti melius fundatæ, & probabiliori. Ergò utraque pars non potest esse simul opinabilia. Ita Celladeus *lib. 2. quest. 8. §. 2.* ubi plures pro hac doctrina citat. Unde ulterius sic arguit. Fundamenta utriusque partis non possunt esse gravia quoad nos, & proponi tamquam digna assensu; quia si ut talia proponerentur, & essent talia quoad nos, utique cui libet assentiri possemus. At secundùm Auctores

dicos non possumus cuius parti assentiri, sed vel neutri, vel solum probabiliori. Ergò utraque pars non est digna assensu quoad nos. Ergò utriusque partis fundamenta non sunt simul gravia quoad nos.

Respondeo, motiva concurrentia, five æqualia sint, five inæqualia, dupliciter considerari posse: Nemo enim mare spontè ullam partem, quoad iudicium utramque esse æquè probabile. primò, antecedenter, prout proponuntur intellectui in actu primo ante omne iudicium de alterius partis veritate, aut de comparatione motivorum inter se, eorumque excessu, vel defectu. Secundò, prout concomitantur aut consequenter se habent ad iudicium de alterius partis veritate, aut de mutuo illorum excessu vel defectu. Si sumantur in hoc secundo sensu, ego quidem fateor intellectum flecti non posse ad assensum ullius ex partibus, quas ipse actu reputat esse æquales, & multò minùs ad assensum partis, quam reputat minùs probabilem, quamvis multi contrarium sentiant. Ratio est, quia tale iudicium comparativum excludit assensum de absoluta veritate cuiusvis partis, nisi illius, quam probabiliorum reputat. Suum enim cuique opinatum probabilis est quàm oppositum. Ergò eo ipso quòd intellectus feratur in aliquid ut absolute verum, fertur in illud ut probabilis oppositum. Ergò repugnat, ut simul iudicet oppositum esse æquè probabile, aut probabilis illo, quod absolute verum reputat. Jam hoc est, quod Auctores à Celladeo citati tenent, quibus subscribo, quia tam experientia, quam ratio convincit, hanc eorum sententiam esse veram. At si loquamur de fundamentis primo modo consideratis, falsum est quod voluntas flectere nequeat intellectum in assensum partis, quæ, antecedenter ad omnem affectum aut iudicium absolutum vel comparativum, æqualiter aut etiam minùs illum trahebat ad assensum. Similiter nego omnes aut potissimos ex Auctoribus à Celladeo citatis quidquam huic resolutioni contrarium tenere. Quòd si quis in terminis expressis (quod non credo, nam distinctionem hanc hac in re planè necessariam apud Auctores non invenio) contradicat, illi ego pariter contradico, quia errat, nec argumentum ullius momenti pro se afferre poterit. Porro *questione sequenti* ostendam, voluntatem flectere posse intellectum ad assensum partis æquè aut etiam minùs probabilis, modò intellectus de motivorum excessu comparationem non instituat, antequam iudicium de alterius veritate proferat.

30. Hinc habemus, duo contradictoria posse ita proponi intellectui, ut utrumque sit opinabile ac dignum assensu divisivè, quamvis juxta multorum opinionem, cui subscribo, neutrum sit opinabile, si iudicium feratur de utriusque motivi æqualitate: existimo enim neminem actu opinari posse partem, quam actu minùs probabilem reputat; stat ergo utramque contradictionis partem esse posse simul divisivè opinabilem ab uno eodemque intellectu, idque ob motiva, & quoad nos, & quoad se verè gravia ac probabilis.

31. Deinde respondeo, utramque partem iudicari posse probabilem ac dignam assensu aliorum, etsi intellectus sic iudicans neutri parti assentiri possit, si pars utraque sit apud illum æquè probabilis. Ratio est, quia benè videt, hoc non obstante, singulas partes apud alios peritos quam plurimos parti oppositæ prævalere. Hoc autem sufficit, ut utraque pars & quoad nos, & verè quoad se sit & habeatur probabilis, ac gravi revera fundamento fulciatur.

32. Obijcit secundò. Illud fundamentum non est

Nemo enim mare spontè ullam partem, quoad iudicium utramque esse æquè probabile.

Auctores à Celladeo citati non contrariantur nobis in sensu à nobis summo, & expresso.

Contradictoria sepe sunt simul opinabilia divisivè.

Utraque pars creditur æquè probabilis iudicari potest de igna assensu aliorum.

Obiectio 1.

est grave, aut in se aut quoad nos in ordine ad aliquam conclusionem probandam, de quo evidenter scimus, quod aut sit falsum, aut certe quod conclusio ex illo non sequatur. Sed de fundamentis utriusque partis contradictionis evidenter scimus disjunctivè, quod alterutrum illorum vel sit falsum, vel certe quod conclusio ex illo non sequatur. Ergo alterutrum ex fundamentis contrarioriorum non est grave neque in se, neque quoad nos. Ergo utrumque non potest esse grave. Major patet. Probatur minor. Evidenter scimus alterutram ex opinionibus contradictoriè oppositis esse falsam, quamvis determinatè nesciamus quæ sit vera, quæ falsa. Eadem autem evidentiâ scimus alterutra ex illarum fundamentis, aut falsa esse, aut nulla in ordine ad conclusionem, quia si utraq; essent vera, & legitime concluderent pariter utraque conclusio esset vera, quod est impossibile. Ergo evidens est, alterutra vel esse falsa, vel non inferre conclusionem. Ergo sicut non possumus judicare utramque simul conclusionem esse veram, ita neque possumus judicare utraque simul fundamenta esse gravia, cum sicut falsitas alterutrius conclusionis indeterminatè nobis evidenter constat, ita nobis evidenter constat falsitas vel nullitas alterutrius fundamenti indeterminatè. Ita Celladeus §. 3.

33. Respondeo, minorem quidem esse veram, sed majorem esse certò falsam, nisi legitime inreligatur. Quare distinguo majorem. Illud fundamentum non est grave vel in se vel quoad nos, quod determinatè scitur vel esse falsum, vel non probare conclusionem, concedo majorem; quod solum indeterminatè scitur vel esse falsum, vel non inferre conclusionem, nego majorem. Jam disparitas inter hæc duo est evidens, quia quod determinatè scitur esse falsum, nullam habet viam ad movendum, ideoque non habet notionem fundamenti aut rationis probantis, & consequenter est incapax ut denominetur fundamentum grave, aut ratio validè trahens. Idem dico de eo, quod est verum, sed evidenter scitur non probare conclusionem: illud enim non habet rationem argumenti, & consequenter nec argumenti gravis, quia nullatenus movet ad conclusionem inferendam, cum evidenter sciatur carere aut veritate, aut debitâ ad ritè inferendum connexionem. At si loquamur de eo, quod solum indeterminatè scitur aut esse falsum, aut nil inferre, aliter se res habet; quia sicut hoc non aufert rationem motivi actu impellentis ad assentiendum conclusioni utriuslibet, ita neque tollit rationem motivi notabiliter ac validè impellentis, ut constat ex dictis. Jam sicut motivum seu fundamentum dicitur tale, quia impellit ad assensum, ita dicitur motivum seu fundamentum grave, si notabiliter aut vehementer alliciat. Ergo quod non tollit à fundamento actu movere & vehementer allicere, non tollit rationem fundamenti aut gravis motivi, ut patet. At scientia de dicto alterutrius fundamenti defectu neutrum ex illis tollit. Ergo non tollit rationem motivi gravis. Ergo fundamenta utriusque partis possunt simul esse magna & gravia.

34. Sed ut clariùs videas falsitatem majoris in sensu negato, applica illam primò ad duos intellectus, & videbis quod non subsistat. Quamvis enim ego sciam fundamenta alterutrius vel esse falsa, vel nil concludere, ex hoc tamen non scio, quod alteruter careat gravi motivo, aut quoad se, aut saltem quoad nos; immò possum evidenter scire oppositum, ut constat ex 1. & 2. assertione. Ergo propositio illa est certò falsa in sensu negato,

si referatur ad duos intellectus. Eadem autem aut similis ratio & exceptio locum habet respectu ejusdem intellectus, ut patet. Applicata secundo majorem ad fundamentum aliquod particulare, puta ad illud quod habet iudex, qui deceptus condemnat innocentem legitime convictum reum. Tunc major illa debet hoc modo esse, illud non est fundamentum grave in se, quod aut est falsum, aut non inferre conclusionem. Et lanè Celladeus ipse eam ita proponit §. 5. ut probet alterutrum ex motivis non esse grave quoad se, unde inferre nullum fundamentum falsum aut fallens esse posse grave in se. Verum ex dictis in prima assertione certissimè constat, multa argumenta falsa & fallentia esse gravia, immò quoad se gravissima. Ergo major illa certò falsa est, quamvis Celladeus eam pro indubitata habeat.

35. Objicit tertio. Voluntas potest eligere alterutrum ex duobus bonis æqualibus vel inæqualibus, quia utrumque est verè bonum. Nam honestas unius partis contradictionis non excludit delectabilitatem ab altera, ut patet. Itaque non est mirum, quod voluntas in alterutrum ferri possit, cum in utroque suum objectum inveniat. At veritas unius partis contradictionis tollit veritatem alterius partis. Unde non possumus credere utramque partem esse veram, quia scimus alterutram esse falsam. Deest ergo veritas, quæ est objectum intellectus. Ergo intellectus non potest flecti ad assentiendum utrivis parti. Præterea si duo cibi perfectè æquales proponerentur voluntati, & intellectus certò sciret alterum esse fictum, alterum verum, voluntas non posset ullum eligere. Ergo similiter intellectus non potest flecti in assensum alterutrius ex contradictoriis, quia scit alterum esse falsum. Ita Celladeus §. 5.

Respondeo, veritatem realem esse primum sed non unicum objectum intellectus, alioquin nulli falso assentiri posset, quia in eo non inveniret suum objectum. At certum est, quod præbere possit assensum falso, dummodo appareat verum. Ergo verum apparens est objectum saltem secundarium intellectus. Idem valet de bono respectu voluntatis, siquidem constat, utramque potentiam moveri ab objecto tantum apparente. Jam voluntas non solum ferri potest in alterutrum ex duobus bonis realibus inæqualibus & dissimilibus, sed etiam in bonum fictum & imaginarium, modò ipsi representetur ut verum. Unde nullatenus admittenda est opinio Celladei dicentis, voluntatem eligere non posse inter duo bona, quorum alterum esset certò verum, alterum certò fictum. Contrarium enim constat ex dictis *quæst. 8. & 9. de Consc. prob.* Unde pariter è contrario sequitur, intellectum à voluntate flecti posse in assensum illius, quod determinatè apparet verum, quamvis certò sciat illud vel oppositum esse falsum, quia in quavis parte determinatè sumptâ invenit proprium suum objectum, nempe verum determinatè apparens.

36. Objicit quarto. Si vir gravis & fide dignus dicat tibi aliquid, prudenter ei credis. Mox occurrat alius æquè gravis ac fide dignus & dicat oppositum, jam neutri credis, quia alter est alterius impugnatio. Præterea, uterque non potest esse fide dignus quoad rem, in qua sibi contradicunt; esse enim fide dignum est nullum dari fundamentum existimandi, quòd fallatur, aut fallat. At in casu posito certò scis, quod alteruter fallatur, aut fallat, Ergo nequis judicare: Neuter fallit nec fallitur. Ergo nequis dicere, Uterque est fide dignus. Ergo asserta contradictoria non possunt simul esse

Objectio 3.

Objectum intellectus est verum apparens, & non tantum verum reale.

Objectio 4.

no esse...
quod...
quod...
quod...

Gravitas...
motivi non...
tollitur per...
hoc, quod...
scitur vel...
illud vel op...
positum e...
sum, vel...
non conclu...
dere.

Falsitas ar...
gumentum a...
siunde ostē...
ditur.

prob a

probabilia extrinsecè, & gravi auctoritate comprobari. Ita Celladeus §. 5.

Aliter testes, aliter Auctores fidei meretur.

Respondeo, casum objectionis dupliciter contingere posse: primò, quando uterque præterdit certam scientiam rei, de qua loquimur, ideoque illam affirmat tamquam testis de visu: secundò, quando singuli opinionem suam solum proferunt, dicuntque se ita existimare ob rationes valde graves, quibus moti sunt ad ita sentiendum. In primo casu fateor, neutram partem esse probabilem illi, qui hanc testium dissensionem perpendit. Ratio est, quia evidens est alterum mentiri, omnique ratione destitui ad probandum quod dicit. Similiter evidens est, alterum judicare contrarium ejus quod proponit; & consequenter evidens est, illum suam auctoritatem non interponere, quia fingit se judicare quod non judicat. Jam in hoc casu constat quidem alteram partem omni ratione ac auctoritate destitui, sed non constat quam sit illa pars, cum nulla sit præsumptio pro una parte, magis quam pro alia, ut supponitur. Itaque nulla est ratio gravis ac prudens, cur uni potius quam alteri fides adhibeatur. At in secundo casu aliter se res habet, quia est evidens præsumptio, quòd utraque pars, magnis rationibus mota, juxta mentem suam loquatur; ideoque non apparenter & fictè, sed verè suam auctoritatem interponat, ut fidem ab aliis obtineat. Unde neutra pars destituitur ratione & auctoritate. Porro quod dixi, tunc vel maximè locum habet, quando duo illi viri graves fatentur se omnia alterius fundamenta considerasse, eaque invenisse valde rationabilia, quamvis singuli in diversas sententias abièrint; in tali enim casu nec extrinseca, nec intrinseca probabilitas opinionibus illis sibi contradicentibus deest, sed utraque vera ac legitima probabilitate, seu gravi auctoritate, ac ratione fulcitur. Itaque in hoc casu intellectus omnia considerans, habet sufficiens fundamentum, ut per imperium voluntatis flecti possit in assensum alterutrius partis. Similiter uterque est fide dignus etiam in contradictione alterius, quia quamvis unus alium impugnet, neuter tamen expugnat alterum, sed relinquit magnam vim pertrahendi ac alliciendi animum etiam in parte contraria.

Quid requiratur, ut quis sit fide dignus?

37. Itaque uterque fide dignus est, ad quod certè non requiruntur quæ Celladeus exigit. Sic enim nullus, etsi probus & doctus, esset fide dignus, quia de unoquoque habemus fundamentum timendi quod fallatur. Quocirca ut quis sit fide dignus, duo requiruntur. Primum est, præsumptio valida, quòd non fallat, sed juxta mentem suam loquatur. Secundum est præsumptio, quod sufficienti doctrina instructus sit, ut juxta humanam capacitatem possit veritatem rimari, illamque per diligens studium invenire. Jam totum hoc convenit utrique. Quamvis enim repugnet utrumque in actu secundo veritatem attingere, quando sibi contradicunt, uterque tamen habet potentiam in actu primo sufficienter dispositam ad eam inveniendam, ideoque uterque est dignus fide.

Unde oritur ut contradicentes sibi aliquando sint digni fide?

38. Nec obstat, quod sciam alterum falli aut fallere; nam ut quis sciatur dignus fide, non opus est scire quod nec fallatur nec fallat, sed sufficit si sit ratio sufficiens ad rationabiliter existimandum quod nec fallatur nec fallat. Hæc ratio non deest in casu nostro. Ergò dicere possum utrumque esse fide dignum, quamvis sciam alterum falli in actu secundo; quia scio neutrum fallere, & utrumque habere dispositionem sufficientem ad

veritatem discernendam juxta capacitatem infirmitatis humanæ. Hoc autem est hominem esse fide dignum, quamvis per accidens erret in actu secundo, nec desint rationes existimandi quod erret, dummodo adsint rationes ad credendum quod non erret. At hæc omnia habentur in casu præsentis. Ergò uterque est fide dignus. Ergò contradictoria possunt esse simul probabilia & extrinsecè & intrinsecè.

ASSERTIO VI.

Utraque pars contradictionis potest esse & frequentissimè est simul probabilis probabilitate reali & conscientia.

39. Hæc Assertio est contra Celladeum ^{Multr. Col. l. de vocat. vocat. vocat.} *rota* ^{quest. 10.} in qua, ut oppositum prober, ex anterioribus questionibus sparfas, tam fertim recapitulat, ut tota quæstio mihi videatur æquivocationum ac fallitarum congeries. Porro juvat aliquid de singulis notare, quia idipsum ad assertionem stabilendam eo saltem nomine concludit, quod hæc ratione nullitas eorum, quæ Celladeus contra illam cœcervat, patefiet.

40. Contendit ergò inprimis, utramque partem contradictionis esse posse simul probabilem multipliciter. Primò probabilitate opinionibus dari solitâ & secundum dici, non reali & secundum esse. Sic quando una est communissima, quam turba Doctorum sequitur, sed solidâ ratione destituitur; altera paucorum, & gravi ratione comprobatur. Prima est probabilis & probabilior probabilitate opinionibus tribui solitâ, quia multitudo, quæ non rationes sed suffragia numerat, semper habebit opinionem communiorè pro probabiliori. Et tamen verè non est probabilis probabilitate reali & conscientia. Hinc paucis verbis Celladeus complectitur æquivocationes, atque fallitates in superioribus observatas & detectas. Insinuat inprimis, aliam esse probabilitatem opinionibus dari solitam, aliam verò probabilitatem realem, quæ conscientia formandæ sufficit. Hoc autem ^{Primus error.} *quest. 16. & alibi sæpè* ostendimus esse apertè fallum. Secundò confundit non valentes discernere fundamenta & rationes cum valentibus illas discernere. Jam illis probabile est ab extrinseco, quod ab omnibus communiter docetur, & necessariò manebit probabile, quamdiu tenetur communiter, & non sufficienter illis constat, opinionem illam sufficienti ratione destitui. Itaque, ipso Celladeo fatente, imperiti excusantur, si sequatur talem opinionem, quia si diligentiam præmiserint, sequuntur id, quod gravi quoad eos auctoritate fulcitur. Unde sequitur, illos habere probabilitatem realem & conscientia, quia per hoc non intelligimus aliud quam probabilitatem per quam excusantur à peccato, qui eam sequuntur. Quod si loquamur de paucis, qui norunt nullitatem fundamenti communis sententia, illa non erit probabilis apud ipsos, ut patet. Unde sequitur utramque contradictionis partem esse posse simul probabilem pluribus, etiam in hoc casu, non per imaginariam & à Celladeo confictam distinctionem diversarum specie probabilitatum, sed per veram ac realem probabilitatem extrinsecam, vel intrinsecam, quas solas scholæ Catholicorum hætenus norunt & admitterunt.

41. Secundò

Iterum co-
fundit rades
& peritos.

41. Secundò, ponit casum, quod particularis opinio unius aut paucorum sit certa. In hoc casu, inquit, opinio communis opposita non erit probabilis probabilitate verà ac reali, quamvis sit probabilior probabilitate existimata, & opinionibus tribui solita. Hic iterum redit confusio de scientibus & nescientibus rationes certas pro altera parte. Certè communis opinio non est probabilis iis, qui certò norunt illam esse falsam. E contra communis opinio est verè probabilis iis, qui post diligentem veritatis indagatorem nil certi contra illam invenerunt, sed valitis rationibus stimulatì illi subscripserunt. Ecce neque hic locus est pro diversis, & confictis illis probabilitatum generibus.

Fugit probabilitates, quae non deantur.

42. Tertio, vult, utramque partem contradictionis esse posse probabilem probabilitate negativa, non positivà. Verùm jam supra *quest. 28.* clarè patuit, distinctionem hanc esse nullam, sed à Celladeo contra omnem auctoritatem ac rationem purè confictam.

Aliae distinctiones jam rejectae.

43. Quarto contendit, utramque partem contradictionis non posse esse simul positivè, simpliciter, & verè probabilem, seu quod idem est, gravi fundamento confirmari, sed alteram semper esse solum probabilem secundum quid, quoad nos & cum addito. Unde infert, utramque non habere probabilitatem conscientiae, de quo fusè egit *quest. 8. & 9.* Verùm hæc omnia in hac ipsa quaestione rejecta sunt, eorumque falsitas detecta.

Aliae ejus equivocationes.

44. Quintò, multa congerit de sophismatibus, multa de probabilitate comparativa & ad hominem, ut inter illam ac probabilitatem realem distinguat. Verùm frustra, quia illa aut ad rem non sunt, aut falsa sunt, ut ex dictis *quest. 25. & quest. 28.* constat.

Celladeus torquet Aristotelem.

45. Sextò demùm Aristotelem torquet, ut eum in suam sententiam trahat. Fatetur Philosophum in Rhetoricis pleno ore admittere probabile contra probabile, adeoque ultrò fateri ac asserere, utramque contra adfectionis partem esse probabilem. Sed simul contendit, eum aliter loqui in Logica, & in libris Elenchorum docere, nil esse probabile, quod est purè sophisticum. Hoc est seipsum torquere, non Aristotelem interpretari. Aristoteles ubique eodem modo loquitur, neque in ipsis Elenchorum libris ullam probabilitatis distinctionem adducit, quod tamen maxime facere debuisset, si & in veritate ipsa, & in ipsius mente terminus ille tam varias, tam dissimiles, tam improporcionatas inter se significationes haberet, ut Celladeus comminiscitur. At nil horum Aristoteles. Ergò evidens signum est, Aristotelem non distinxisse inter probabilia, sed omnia sub una eademque notione (ut alii omnes, dempto Celladeo, faciunt) accepisse & expressisse. Verùm quò tandem rapitur homo passione, aut etiam iudicio in unam partem violenter inclinato? Aristoteles in Rhetoricis *lib. 2. & 3. Priorum cap. 27.* rigorosissimam probabilitatis definitionem tradit, asseritque illud esse probabile quod plerumque contingit. Hanc definitionem Celladeus ipse duabus manibus amplectitur, illamque solum vult esse legitimam verè probabilitatis definitionem. Ergò Aristoteles in Rhetoricis saltem & in Logica, dum loquitur de probabili, aliud nomine probabilis non intelligit, quàm quòd expressè definierat per *plerumque contingere*. At hoc per Celladeum est verum probabile. Ergò Aristoteles ibi definit verum probabile. Et tamen, fatente etiam Celladeo, agno-

vit utramque contradictionis partem esse posse probabilem. Ergò agnovit utramque esse posse verè & propriè probabilem. Quod si Celladeus non intelligat, quomodo utraque pars possit esse probabilis, si probabile definiatur esse, quod plerumque contingit, legat *questionem 2. à num. 11. & questionem 15. à num. 16. de Conseq. prob. & ibi mysterium inveniet revelatum.*

Aristoteles contrarius est Celladeo.

46. Rursum certum est, Aristotelem Topicorum libros libris Elenchorum opposuisse. In Topicis autem definivit probabile hoc modo. *Probabilia sunt, quae videntur omnibus vel plerisque, vel sapientibus, atque his vel omnibus, vel plerisque, vel maxime novis &c.* Ergò hoc est probabile, quod opposuit sophismatibus. Nec dubium, quin conclusionem ac syllogismum probabilem conclusioni ac syllogismo sophistico contrapofuit. Rursum certum est, Aristotelem expressè docuisse, multa falsa esse probabilia veris; ea autem absque dubio ab omni sophismate ex mente Aristotelis & omnium sensu diversa sunt; & tamen Celladeus contendit, omnem conclusionem falsam, imò & omnè principium falsum ex mente Aristotelis esse sophisticum quid, & non aliud, quàm merum sophisma. Hoc modo torquet Aristotelem, ut eum, evidenter reclamantem, ad suas partes trahat; sed verè infueto laborè torquet seipsum, quia certum est, Aristotelem, omnesque Aristotelem sequutos per omnia contrarium sentire.

47. Itaque aliud in his omnibus Celladeus non agit, quàm ut fucum Lectori faciat, multiplicique probabilitatis à se excogitate distinctione ante ejus oculos posità, persuadat Aristotelem, gravissimosque Theologos easdem distinctiones admisisse, atque probabile conscientiae in peculiari classe collocasse. Verùm certum est, & Aristotelem, & Theologos nullam nisi verè probabilitatis notionem admisisse, quam diversis postea materiis applicarunt. Similiter certum est, Theologos unanimiter expressè docuisse, eam probabilitatem sufficere pro conscientia regulanda, quae opinionibus, quas vocant probabiles, tribuitur, ut ex dictis certò constat. Hæc sunt, quae Celladeum frustra in his laborasse convincunt, quæque præmittenda fuerunt, ut fuci, quos facit, detegerentur. His autem detectis.

Utraque pars contradictio- nis potest esse simul probabilis probabilitate conscientiae.

48. Probatur Assertio, quae per modum Collarii sequitur ex dictis. In primis constat, utramque partem contradictionis saltem diversis intellectibus esse posse simul propriè ac strictè probabilem, probabilitate ad conscientiam ritè formandam requisita. Ratio est, quia utraque potest esse adeò probabilis, ut prudentissimè assensus illi tribuatur, ut oppositum omni careat probabilitate. At juxta omnium Auctorum consensum, talis est vera ac rigorosa probabilitas, & ad conscientiam ritè formandam sufficit. Ergò utraque pars diversis saltem hominibus esse potest probabilis probabilitate verà, ac conscientiae. Hoc autem sufficit ad conclusionem probandam contra Celladeum, qui hoc ipsum hoc loco expressè negat.

49. Secundò, utraque contradictionis pars potest esse simul probabilis eidem intellectui probabilitate vera, ut constat ex dictis; illa autem juxta communem Auctorum omnium consensum sufficit ad debitè formandam conscientiam, expressè enim dicunt, opinionem, quam ipsimet reputant esse minus benè fundatam, minusque communem, id est, opinionem tam intrinsecè quàm extrinsecè & in omni genere minus probabilem.

Etiam respectu ejusdem intellectus.

habilem, tam quoad se quam quoad nos, sufficere ad conscientiam ritè formandam, nec de hoc ullum illi dubium esse potest, qui Auctores legit. Unde sic arguo. Evidens est, utramque contradictionis partem non posse habere probabilitatem conscientiz à Celladeo positam. At evidens est utramque sæpè habere probabilitatem, quam Auctores ad conscientiam debitè formandam requirunt, quia Auctores gravissimi id ipsum nominatim ac frequentissimè declarant. Ergò evidens est, Celladeum aliud intelligere nomine *Probabilis Conscientia*, quam Auctores & communis sensus scholæ ac Ecclesiæ intelligant. Ergò quamvis utraque pars non habeat eam probabilitatem, quam Celladeus requirit, utraque tamen habet eam, quam Auctores exigunt, & nomine probabilitatis conscientiz intelligunt. At aliud hic non requiritur.

Tertia ratio.

50. Tertiò. Probabilitas vera & realis, ac ad conscientiam formandam sufficiens, ab Auctoribus definitur, *qua nititur fundamento gravi*. At utraque contradictionis pars sæpè nititur tali fundamento, non solum divisivè eidem seu pluribus intellectibus, sed copulativè simul eidem intellectui, ut constat ex dictis. Ergò utraque pars non solum divisivè, sed etiam copulativè habere potest probabilitatem realem & conscientiz. Hæc quamvis adeò clara sint, ut in illis pigeat diutius immorari, nihilominus antequam ulterius progrediar, juvat insignem Celladei æquivocationem, & hæc in re contradictionem contemplari.

Objecta contradictoria sæpè sunt licita.

51. Quando agimus de licito probabilitium usu, disputatio cõ fertur, ut quærat an ex objectis contradictoriè oppositis quodvis liceat pro arbitratu, quando pars minus tuta est probabilis. v. g. quæritur an sicut in die Festo licet ambulare & non ambulare prohibitu, ita pro libitu liceat pingere & non pingere, modò probabile sit quod pingere non sit opus servile, sed permisum in die Festo, quamvis non desint rationes & auctoritates graves in oppositum. Respondemus affirmativè, quia altera pars est certò permissa, altera est certò probabilis, & certa probabilitas ad conscientiam ritè formandam sufficit. Jam pro utroque ex istis contradictoriis dari potest probabilitas conscientiz, etiam Celladeo non dissentiente. Nam altera pars est certa, ejus autem certitudo non excludit probabilitatem de honestate alterius partis, ut patet. Ergò honestas pingendi (nam absque dubio licitè non pingitur) potest esse vera, & motivis magnis ac veris comprobari. Eo ipso autem habet probabilitatem conscientiz. Ergò utraque pars contradictionis potest esse probabilis probabilitate conscientiz. Nec argumenta Celladei contra hoc urgent, quia veritas unius non tollit veritatem alterius, ut patet.

Celladeus quæstionem ab objectis ad actus contradictorios transfert.

52. Verùm ipse quæstionem ab objectis contradictoriè oppositis transtulit ad propositiones & opiniones formales sibi contradicentes, quarum altera est necessariò vera, altera falsa. Sed in hoc etiam sensu errat juxta propria principia, dum asserit utramque non posse habere probabilitatem veram & conscientiz. Accipio duas propositiones contradictorias. *Licet pingere in die Festo: non licet pingere in die Festo*. Hoc posito sic. Altera ex istis potest esse probabilis probabilitate conscientiz. Sit prima. Ergò ex vi illius licebit pingere in die Festo, quia qui se regulat per tale iudicium non peccat, sed benè operatur. Rursus altera habet probabilitatem conscientiz, quia non peccat, sed benè operatur, qui ex illa persuasio-

ne à pingendo abstinere, cum certus sit se nullum præceptum violare, sed facere quod permisum est. Quid ergò deest, quò minus utraque sit simul probabilis probabilitate conscientiz?

53. Dices. Deest sufficiens fundamentum: nam si pars minus tuta melius fundamentum non haberet, non esset licita; sed contra, quia si tale fundamentum excusaret sequentes partem minus tutam, tunc illud sufficeret ad probabile conscientiz in illa materia. Ergò cum hoc fundamentum huic materiæ ac propositioni essentialiter alligetur, & sufficiat ad honestandam electionem, quam dirigit, non est cur non habeat in sua materia probabilitatem sufficienter pro regulanda conscientia.

54. Est & alia contradictio, quam Celladeus §. 2. contra seipsum objicit, nec solvit. Contradictio in eo consistit, quòd fateatur utramque partem contradictionis esse posse saltem divisivè probabilem quoad nos, quo in casu nemo peccat sequendo alterutrum, si debitam diligentiam præsumit. Rursus docet, utramque partem contradictionis non posse nec divisivè quidem habere fundamentum grave simpliciter, sed solum secundum quid. At hæc duo secum pugnant. Si enim fundamentum A est solum grave secundum quid, & non simpliciter, non faciet probabile ab Auctoribus requisitum pro conscientia. Illi enim uno ore requirunt fundamentum grave, ut quis à peccato excusetur, si selectur partem minus tutam. Ergò peccat, qui illo fundamento nixus operatur: vel si non peccat, habet probabile conscientiz, quia per probabile conscientiz intelligimus probabile, per quod à peccato excusamur. Ergò utraque pars erit probabilis probabilitate conscientiz. Ergò utrumque fundamentum erit grave, & Celladeus sibi contradicit, nisi faciat quæstionem de nomine, & communem terminorum significationem immutet. Hoc sibi ipsi objicit Celladeus, qui frustra conatus est contradictionem à se amoliri, ut ex solutione objectionis constabit; in illa enim proponam quomodo se defendere conetur: sed per modum objectionis doctrinam propono, quia eadem æquo jure contra assertionem positam objici potest.

Utraque propositio contradictoria habere potest probabilitatem conscientiz.

Celladei contradictio, quam sibi objicit, & non solvit.

SOLVITUR OBJECTIO.

55. **O**BJICIT. Plus est habere probabile conscientiz, quam habere dispositionem exclusivam peccati, quia ignorantia invincibilis operantem à peccato excusat. At ignorantia invincibilis reperitur extra omnem opinionem, ut quando adest ignorantia puræ privationis, & homo nec cogitat, nec habet unde cogitare possit de re, quam ignorat. Et tamen hæc ignorantia excludit peccatum. Ergò juxta omnes plus est habere probabile conscientiz, quam habere dispositionem exclusivam peccati. Jam quando utraque pars contradictionis est probabilis quoad nos, altera habet fundamentum grave tantum ex ignorantia vel errore. Itaque gravitas fundamenti desumitur ab ignorantia vel errore. Ergò operans solum excusatur à peccato ex ignorantia vel errore, si debitam diligentiam adhibuit, non autem excusatur per probabilitatem, quæ solum est talis secundum quid. Unde excusaretur similiter à peccato, si absque ullo fundamento per puram ignorantiam invincibilem ignoraret obligationem. Declaratur id ipsum exemplo certi. Credat quis firmisimè ex errore invincibili aliquam legem non dari, quæ tamen datur. In hoc casu

Probabile conscientiz plus habet quam esse simpliciter exclusivam peccati.

casu talis non peccaret juxta omnes, & tamen non ideo vitaret peccatum, quia sequeretur certum, quia illud non est certum simpliciter, sed solum apparens & secundum quid. Ergo excusaretur praecise propter invincibilitatem erroris. Idem dicendum de probabili. Ita Celladeus §. 3. Qui putat se hac ratione ostendere, & quod sibi non contradixerit, quodque utraque pars contradictionis non possit esse simul probabilis probabilitate reali, & conscientia.

Peccatum multipliciter excluditur ab homine.

56. Respondeo, peccatum multipliciter excludi; primo per hoc, quod libertatis exercitium impediatur, ut per somnum, amentiam &c. In hisce casibus non habetur probabile conscientia, quod proinde distinguitur a formis, per quas peccatum impediendo libertatis exercitium excluditur. Secundo peccatum excluditur vitaliter per evidentiam ac certitudinem de honestate operationis, & haec dispositio plus habet quam probabile conscientia, ut patet. Tertio peccatum excluditur ab homine liberè operante per commodam & invincibilem ignorantiam ac incogitantiam mali, quia in eo casu non sumus proximè liberi ad malum, etsi liberè ponamus actus, quos omittere poteramus. Haec dispositio minus habet, quam probabile conscientia, & accedit ad primam classem, quatenus deest libertas proximè disposita ad peccandum. Quarto, peccatum excluditur ab opere quod sit, quando, non obstante aliqua apparentia mali, homo post debitam diligentiam adhibitam rationabiliter ac probabiliter format conscientiam de honestate operis, & ex illa sic formata progreditur ad opus, & hic est casus, de quo in praesenti agitur, & quaeritur quid sit, quod a peccato excuset? Celladeus contendit hoc soli ignorantia invincibili tribuendum esse, non autem ipsi opinioni, seu judicio probabiliter judicanti opus esse honestum. At hoc & inconsequenter dictum est, & indubitate veritati, & communique animi consensui repugnat. Certum enim est, quod exequens aliquid cum conscientia dubia, seu de quo dubitat an sit malum necne, peccat, tamen post omnem diligentiam adhibitam habeat invincibilem ac prorius insuperabilem ignorantiam ejus, de quo dubitat. Hoc Celladeus ipse & novit, & admittit pro indubitato. Hoc omnes unanimiter agnoscunt pro certo, quia ex Deo per S. Paulum testante nōrunt, verissimum esse statum illud, quod non est ex fide peccatum esse. Ergo Celladeus in hoc inconsequenter locutus est, & certè veritati communique omnium consensui contradixit. Itaque certum est ipsum judicium probabile prudenter elicium esse dispositionem formaliter exclusivam peccati.

Exclusio peccati judicio probabili tribuitur.

Ignorantia invincibilis aut constituit opinionem practicè probabilem, aut ad illam praesupponitur.

57. Quod si Celladeus contendat, excusationem a peccato non tribui soli judicio, sed etiam ignorantia invincibili, quia utraque ex illis ablatà peccatum non excluderetur, hoc ipsi non suffragatur, quia totum includitur in opinione ac judicio probabili, prout est probabile, & ad excludendum peccatum concurrit. Ratio est, quia Celladeus ipse ad judicium excusans requirit fundamentum quoad nos grave, & diligentiam fuisse praemissam: hoc etiam omnes requirunt, ut quis licet sectari possit opinionem probabilem. Imò si rem rectè consideremus, inveniemus judicium probabile practicum non posse formari, ut juxta illud operemur, nisi in casu dubii exorti diligentia debita praecesserit, quia illà non praemissà, haud dubiè unumquodque temerè, ideoque non probabiliter neque ex fundamento etiam quoad nos gravi judicat rem esse licitam. Quomodo

enim potest esse aut reputari fundamentum grave, prudens, aut probabile, quod sine debita diligentia arripitur, ut causà non discussà per illud sententia decisiva proferatur? Ecce necesse est diligentiam debitam praecessisse, ut quis formet judicium probabile, etiam quoad nos, juxta mentem Celladei. Ergo judicium illud probabile per se solum positivum est, & sufficienter exclusivum peccati, vel certè non nominatur probabile per seipsum, sed solum per adjunctionem diligentiae praemissae, & ignorantiae, quam debita diligentia superare non potuit. Quodcumque dicatur, habetur intentum, quia semper erit verum, quod judicium conscientiae, prout est probabile quoad nos (etiam juxta mentem Celladei) sit dispositio peccati exclusivum quatenus aut per seipsum solum illud adaequatè excludit, aut certè quatenus praesupponit diligentiam praecessisse, & ignorantiam veri fuisse invincibilem, ideoque partim ex praesuppositis ad se, partim per se peccatum excludit. At hoc est probabile conscientiae, scilicet probabile quod a peccato excuset, quodque qui bonà fide sequitur, in hoc peccare non potest. Hoc enim omnes intelligimus nomine probabilis conscientiae, quia per hoc ipsum unanimiter explicamus ejus vim, dum dicimus eos, qui tali judicio regulati operantur, excusari a peccato. Itaque Celladeus sibi contradixit, nec evitare potest hanc notam, nisi quaestionem de nomine inducat, dicatque probabile conscientiae esse aliud, quam omnes hactenus per illos terminos intellexerunt.

Celladeus non vitat contradictionem.

58. Porro quod dicit, gravitatem fundamenti quoad nos desumi ab errore vel ignorantia, verum est, si loquamur de ignorantia motivi contrarii, non autem de ignorantia motivi impellentis, ut dictum est in hac ipsa quaest. num. 4. Verum hoc probat contra Celladeum, quia jam motivum, quatenus grave est, constituitur tale per ignorantiam motivi contrarii. Itaque si in hoc casu praesenti excusamur ratione ignorantiae, excusamur per motivum, quatenus gravis est quoad nos, quod tamen ille falsum esse contendit. Praeterea licet plus sit habere probabile conscientiae, quam habet dispositionem exclusivam peccati pro aliquo casu, non tamen est plus in casu praesenti, quando dubium oritur de honestate operis; in tali enim casu nemo excusatur, nisi per judicium probabile regulatur: si autem per tale judicium regulatur, haud dubiè excusatur, nec Celladeus id negat, si judicium illud sit probabile quoad nos, & diligentia praecesserit, quae praecedere debet, ut sit quoad nos probabile. Itaque haud dubiè idem sunt probabile conscientiae, & dispositio exclusivum peccati in circumstantiis, in quibus quaestio procedit. Errat proinde Celladeus, qui haec pro rebus distinctis proponit.

Alia ejusdem contradictionis.

Gravitas fundamenti probabilis sumitur ab ignorantia motivi contrarii.

59. Nec quidquam facit exemplum de certo existimato; id enim, per quod homo excusatur a peccato non est certum ipsum, sed rationabilis existimatio de certo, sicut in casu probabilitatis quoad nos, quod excusat, non est ipsum verum, sed rationabilis opinio de ipso vero; nec tamen negamus, utrumque excusari ob invincibilitatem erroris vel ignorantiae, sed asserimus hanc invincibilitatem necessariò praesupponi ad tale judicium, quia si non supponeretur, judicium illud non prudenter sed temerè eliceretur, & sic non ex merito propositionis objecti, sed ex prava & culpabili dispositione operantis suam certitudinem desumeret. At quae sunt ejusmodi vitio vertuntur, excusationem non merentur.

Exemplum de certo nisi probat.

60. Demum

60. Demum quod spectat ad assertionem positam, hæc obiectio illam confirmat, quia ostendit, quomodo utraque pars contradictionis esse possit saltem divisivè probabilis probabilitate reali & conscientia: ostendit enim quomodo utraque habere possit motiva gravia, invincibili veritatis ignorantia conjuncta. At hoc sufficit ad probabile conscientia, ut ostensum est: ergo &c. Quod si loquamur de utraque parte contradictionis respectu ejusdem intellectus pro eodem instanti, argumentum nil probat, quia quod fundamentum alterius partis non graviter allicitur nisi ex ignorantia veritatis contraria, non facit quominus illud sit verè & propriè grave, ut ostensum est. Itaque cum ex dictis constet, fundamenta utriusque partis posse simul vehementer allicere eundem intellectum, constat utrumque etiam in contradictione alterius, esse posse fundamentum grave.

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

quas Celladeus demonstrativas reputat.

Obiectio 1. 61. **O**BJECTIT primò. Probabile ab extrinseco fundatur, aut consistit in peritia, in scientia, in doctrina unius aut plurium, qui affirmant illud ita se habere. Sed nullæ conclusiones contradictoriae simul habent pro se peritiam, & doctrinam Auctorum illas docentium, quia alterutra falsa est; quæ proinde supponit imperitiam, ignorantiam & errorem in Auctoribus illam docentibus. Ergò nullæ conclusiones contradictoriae simul esse possunt probabiles ab extrinseco. Ita Celladeus lib. 2. quest. 11. §. 1.

Probabile ab extrinseco consistit in probitate & peritia loquentis.

Respondeo tantum abesse, ut hoc argumentum sit demonstrativum, ut ne quidem habeat ullam probabilitatem. Inprimis probabile ab extrinseco consistit in veracitate docentis. Veritas autem duplicem loquentis dispositionem involvit: altera est probitas, ratione cujus non vult fallere: altera est peritia, ratione cujus rationally præsumi potest, quod non fallatur; non enim requiritur peritia, quæ nunquam fallitur, ut omnes, etiam Celladeus, & supponunt, & fatentur: sicut enim verum ac legitimum probabile, tam per Aristotelem quam per ipsum, non est illud quod nunquam fallit, sed quod plerumque non fallit, etsi fallat aliquando; ita peritia, scientia, & doctrina requisita ad probabilitatem extrinsecam, non est peritia quæ nunquam fallitur, sed solum quæ hic & nunc prudenter præsumitur non falli. Hoc posito sic. Probabilitas extrinseca est duplex: alia quoad se, alia quoad nos. Illa est vera probabilitas extrinseca quoad se, quæ verè & realiter in duplici illa dispositione consistit. At vera probabilitas extrinseca quoad nos consistit in illis ipsis dispositionibus non ut realiter existentibus in seipsis, sed ut rationabiliter præsumptis. Sic plures sunt, qui apud vulgus magnam scientiæ & probitatis famam adepti sunt, & communiter tales audiunt, quamvis aliquando nec probi sint, nec periti, sed non rarè & fallantur & fallant. Nihilominus evidens est, quod imperiti prudenter stent dictis ab illis; quod nec verum esset nec evidens, nisi illi sufficientes fundamentum haberent ad ita sentiendum. At hoc fundamentum non consistit immediatè in ipsa veracitate loquentis, illa enim nec existit, nec per se innotescit. Ergò consistit in funda-

mento præsumptionis prudentis de veracitate loquentis. Hoc autem fundamentum est ultima forma denotans probabilia quoad nos, quæ alii nobis proponunt ut vera. His quæ certa sunt, præmissis.

62. Distinguo majorem. Probabilitas extrinseca quoad se consistit in ipsa reali veracitate docentis, concedo: probabilitas quoad nos consistit in illa, nego majorem: consistit enim in ea ut meritò præsumpta, seu in motivis prudentis præsumptionis de illius præsentia. Atqui evidens est, utramque partem contradictionis simul esse posse extrinsecè probabilem hoc modo quoad nos, quia duo contraria docentes, singuli apud singulos auditores, habere possunt magnam & rationabiliter præjudicatam opinionem de sua veracitate. Ergò duo illi auditores possunt simul habere probabilitatem extrinsecam quoad nos de objectis, quibus assentiuntur. Assensus autem illorum sunt propositiones contradictoriae. Ergò duæ propositiones contradictoriae possunt simul esse probabiles extrinsecè quoad nos.

63. Rursus, si loquamur de probabilitate extrinseca quoad se, iterum distinguo majorem. Probabilitas extrinseca consistit in peritia, scientiâ, ac doctrina loquentis, quæ in rebus incertis communiter appellatur peritia, scientia, & doctrina, & meritò præsumi potest conformis objecto, concedo majorem, in illa tantum quæ est aut certa & evidens, ut respicere objectum conformis, nego majorem. Nec ego tantum illam nego in hoc sensu, sed omnes mecum sentientes habeo; nec Celladeus vel unum Auctorem nominatum invenit, qui aliud pro probabilitate extrinseca requirat. Itaque adeo certum est, distinctionem hanc veram ac legitimam doctrinam continere, ut oppositum non sit probabile, ne plus dicam de indubitata ejusdem veritate. Jam majori in hoc sensu acceptâ, minor sub eadem distinctione transmitti potest, aut simpliciter negari; quia utraque pars contradictionis habere potest peritiam & scientiam pro se. Nec obstat, alteram partem esse falsam, nam quod falsum est, iudicio tam benè fundato affirmari potest, ut illud iudicium reputetur & sit peritum, doctum, ac scientificum, eâ peritiâ, doctrinâ, ac scientiâ, quam in rebus incertis ac propriè inscibilibus ab humano intellectu sperare possumus, & cui tales denominationes communiter tribuuntur. Sic S. Thomas v. g. Scotus & alii viri primarii dicuntur & verè sunt periti Theologi, quia in omnibus valdè rationabiliter discurrunt, etsi in aliquibus errant & fallantur. Itaque tantum abest ut conclusio Celladei demonstraretur, ut è contrario ex argumento illius ritè intellecto sequatur, utramque contradictionis partem esse posse simul probabilem probabilitate extrinseca, tam quoad se quam quoad nos.

64. Sed, inquit, pars falsa supponit imperitiam, ignorantiam, & errorem in mente errantis. Ergò non jungitur cum peritia, scientia, & doctrina.

Respondeo. Pars falsa jungitur quidem cum imperitia, ignorantia & errore, si isti termini accipiantur in strictissima significatione, quâ plerumque utimur in logica. At jungitur cum peritia, & doctrina, si termini illi sumantur in communi ac usitata significatione; quia haud dobiè eos judicamus, ac cum veritate vocamus peritos, qui in rebus incertis ac à nobis indemonstrabilibus ex tanta verisimilitudine discurrunt, ut meritò præsumi possint non falli, tamen ex imbecillitate

Quid sit probabilitas extrinseca quoad se, quid quoad nos?

Peritia & scientia dupliciter dicitur & inc.

condi-

conditionis humanae forte fallantur. Alioquin neminem dicere possemus esse peritum in rebus ejusmodi, quia nescimus an verum dicat, an erret. Itaque in eo consistit æquivocatio Celladei, quod terminos, quos certum est diversas significationes habere, ita adhibeat, ac si unam tantum haberent; nam in majori latam & consuetam habent significationem, alioquin propositio non est vera. Rursum in minori strictam significationem subire debent, ut propositio mereatur admitti, unde certum est argumentum continere quatuor terminos, & esse paralogismum, non demonstrationem.

Objicit sibi Celladeus. 65. Post hanc liquidam responsionem juvat duas responsiones inspicere, quas ipse sibi Celladeus proposuit, ac ut putat refellit. Prima est, quod illud est probabile ab extrinseco, quod asseritur ab exercitato in illa materia, sive erret, sive non erret, modò post diligens veritatis examen magno, valido, ac prudenti fundamento motus ita dicat. Jam certum est, quod utraque pars contradictionis ex tali fundamento simul affirmari possit à diversis saltem intellectibus, ut constat ex dictis num. 16. Ergò utraque pars contradictionis potest simul esse probabilis, & magno, valido, ac prudenti fundamento niti.

Nec objectionem solvit. Contra hanc responsionem verissimam Celladeus dupliciter infurget: primò dicit, responsionem confundere probabilitatem extrinsecam cum intrinseca. Hoc verum non est, quia probabilitas extrinseca consistit in auctoritate ipsa, ac in fundamentis præsumptis. At intrinseca consistit in ipsis movis, quibus apprehensis intellectus ad assensum impellitur. Itaque non confundimus has probabilitates, sed unam in ordine ad aliam explicamus, nec aliter fieri potest, cum una sit relativa ad alteram, ut patet. Dicit secundò, se antea ostendisse motiva utriusque partis non posse simul esse magna, valida, prudentia, sed altera esse necessariò captiosa, sophistica &c. Verum in his omnibus fallitur Celladeus; egit quidem de illis, sed nullum eorum demonstravit, aut validè probavit; sed è contrà in omnibus erravit, ut ostensum est suis locis. Deinde saltat extra chorum exemplificans in argumentis Zenonis contra motum, & hæreticorum contra fidem, dicens illa esse difficilia, non tamèn magna & gravia, aut probabilia. Quid hoc ad rem? ut aliquid sit probabile, inprimis & ante omnia nil certum in contrarium obstare debet. In hisce autem casibus certitudo adest in contrarium. Ergò nulla adest probabilitas. Et tamen Celladeo lubet in istis ludere ac tempus terere; sed mihi in illis ulterius insistere non lubet.

Celladeus non satisfactus, quæ contra se objicit. Secunda responsio, quam sibi objicit Celladeus, est, quod probabilitas extrinseca consistit in assertione Auctorum, qui plerumque non fallunt, etsi fortasse hic & nunc fallant in hac peculiari materia recondita, & incerta. Hoc verum est, quia peritiam nullius in hac peculiari materia ex eo dignosci potest, quòd non erret. Ergò aliunde sumitur. Itaque sumitur ex eo, quòd in plerisque suis dictis non fallat. Jam certum est, quod utraque pars contradictionis à tali auctoritate affirmari possit. Ergò utraque pars potest simul esse probabilis extrinsece.

Prima replicata insufficiens. 66. Contra hanc responsionem verissimam opponit primò Celladeus, quòd juxta hanc doctrinam haberem probabile ab extrinseco, etsi per demonstrationem, aut Dei revelationem, scirem illum falli. Ecce iterum in eandem terminorum confusionem incidit. Si mihi aliquid sit certum

R. P. A. Terilli Regula Morum. PARS I.

& evidens, oppositum ejus nullo modo mihi esse potest probabile, sive extrinsece, sive intrinsece, quia motivum probabile essentialiter involvit certitudinem de opposito, ut in ejus constitutivis declaratur. Unde hoc semper supponitur in omni explicatione posteriori. Cur ergò adhuc frustra recurrit Celladeus? Præterea, etsi oppositum ejus, quod talis Auctor dicit, mihi certum sit, & consequenter ego ob meam certitudinem ad rationabilem assensum ob illius auctoritatem moveri non possim, benè tamen video, auctoritatem illius esse sufficientem ad alium tali notitia carentem rationabiliter regulandum; quod sufficit, ut res credita sit illi probabilis extrinsece.

67. Opponit secundò, responsionem non sufficere, quia Auctores non in una vel altera re, sed in plurimis dissident. Ergò non omnes plerumque veritatem dicunt. Sed contra est, quia licet Auctores in multis sibi contradicant, in plurimis tamen inter se conveniunt. Certè, si omnes omninò duorum exercitatorum resolutiones in omni materia accipiantur & invicem comparentur, invenientur in longè pluribus convenire quàm discrepare, modò cum sufficienti diligentia rem examinent. Hoc perspicuè verum est in moralibus. Accipiantur quævis duæ Summæ nominatæ, & verum invenietur quod dico; in viginti enim convenient pro uno, in quo discrepant. Unde, semper stat, nullum esse Auctorem gravem, doctum ac diligentem, qui sæpius non dicat verum, quàm erret. Et sanè nisi ita esset, nemo alteri prudenter crederet in rebus ejusmodi, quia si non esset major spes credendi verum quàm errandi, stultè illi crederem. Jam spes ista fundari non potest in ista peculiari materia, quia nescio an in illa erret, nec ne. Ergò sumitur ex ipsa natura hominis, qui ita constitui debuit, & ita constitutus est, ut periti ac exercitati in discursibus, quos post materiam diligenter discussam eliciunt, frequentius verum dicant, quàm errent. Alioquin nemo post diligentiam adhibitam, rebus incertis prudenter assentiretur, aut ullus alteri rationabiliter fidem daret, quia per hoc ipsum æquali aut majori periculo errandi, quàm spei ad verum perveniendi se exponeret; quod absque dubio temerarium & imprudens est. Stet ergò, peritos, doctos, ac exercitatos ita dispositos esse, ut in suis responsis ac sententiis diligenter examinatis multò sæpius verum dicant, quàm errent. Unde perspicuum est, quomodò utraque pars contradictionis simul esse possit probabilis extrinsece.

68. Veritas hæc tam clara est, ut Celladeus eam ex parte non potuerit non videre. Fatetur enim auctoritatem Medici vel Nautæ, cujus peritiam sæpè experti sumus, esse talem, ut merito præsumamus illum etiam verum dicere in peculiari casu hic & nunc incerto. Sic est Celladeus, in hoc, communi omnium opinioni subscribens, verum dicit. Jam cogita duos esse medicos, quorum scientia non eadem, sed duobus modo dicto sit cognita. Ponamus jam unum illorum dicere Petro ægrotum moriturum, alterum verò Paulo affirmare eum non moriturum; in hoc casu utraque pars contradictionis erit probabilis extrinsece, una Petro, altera Paulo. At hoc est quod nos asserimus, & tu negas. Ergò non nobis tantum, sed etiam veritatibus à te admissis contradicis.

69. Objicit secundò. *Ubi nulla præsumptio scientiæ & veritatis, nulla auctoritas: sed in Auctoribus sibi contradicentibus nulla præsumptio veritatis in utriusque simul.*

Secunda replicata insufficiens.

Auctor peritius plerumque non errat in suis assertis.

Celladeus veritatem hanc agnoscit, & sic verè sibi contradicis.

Secunda Celladei demonstratio præterita.

simul. Ergo nulla auctoritas in utrisque simul. Ubi nulla auctoritas, nulla probabilitas conscientia ab extrinseco. Ergo in Auctoribus sibi contradicentibus nulla in utrisque simul probabilitas conscientia ab extrinseco. Iterum sic. Ubi totalis repugnantia ad veritatem & scientiam, nulla auctoritas. Sed in Auctoribus sibi contradicentibus totalis repugnantia ad veritatem & scientiam in utrisque simul. Nulla ergo auctoritas in utrisque simul. Nullum ergo probabile conscientia ab extrinseco in utrisque simul. Sunt verba Celladei §. 4. quæ ideo sic protuli, quia brevissimè auctoris intentum explicant. Hæc est secunda ex prætentis ipsius demonstrationibus.

Celladeus malè probat propositionem apertè veram.

Respondet, majorem primi argumenti esse ex terminis verissimam, quam proinde Celladeus frustra corroborare conatus est, maximè verò ubi probat illam à priori, quia, inquit, *Omnia doctrinalis auctoritas consistit in non fallere neque falli.* Frustra, inquam, quia hoc principium, ab ipso assumptum, est evidenter falsum; cum certum sit, pueros aliosque rudes sæpissimè errare in fide aliis præstita, quando credunt ob auctoritatem loquentium, qui aut fallunt aut falluntur. Ergo datur aliqua auctoritas incitans ad assensum, quæ non consistit in non fallere nec falli. Ecce Celladeus assumit propositionem apertè falsam, tamquam rationem à priori, ad demonstrandam propositionem per se notam, & à nemine negatam aut negandam. Interim omittit probationem minoris subsumptæ, dicens eam esse perspicuam, cum tamen illa palmari hallucinatione ac terminorum æquivocatione suam obscuritatem, ac etiam falsitatem prodatur.

Simul dari potest auctoritas pro utraque parte contradictionis.

70. Hanc ut videas recordare utramque partem contradictionis affirmari posse simul à duobus ob auctoritates diversas. In hoc casu vox simul aliud non significat, quam judiciorum sibi contradicentium coexistentium in eodem instanti reali. Jam certum est, auctoritates illas simul existere in eodem instanti, ex quibus duo illi moventur ad judicia contradictoria, ad quæ certè non moverentur, si nullam veritatis præsumptionem haberent. Quod si dicas, utrumque veram auctoritatem non habere, quia alter errat, id demùm dicis, neminem errantem ullam auctoritatem habere, quod evidenter falsum est, cum peritus medicus auctoritatem habeat, illique ob auctoritatem ipsius prudenter credamus, tamen si hic & nunc per accidens erret. Quomodo ergo caret omni auctoritate, si erret? sed esto (quod tamen apertè falsum est) omni reali auctoritate careat is, qui decipit aut decipitur, quid hoc ad rem? Minor expressè procedit de auctoritate præsumpta. At evidens est, quod in eodem instanti reali duo illi præsumere possint magnam auctoritatem de suis Auctoribus, singuli de suo, eò quòd multas & magnas ejus rationes pendunt, magnamque de eorum sufficientia opinionem ex publica fama habeant, maximè si nil in contrarium illis objiciatur. Ergo evidens est, quòd in isto casu validissima detur præsumptio veritatis; sicut & auctoritatis, in utroque Auctore simul, & pro utraque parte contradictionis simul, seu pro eodem instanti reali, maximè si nemo unus auctoritates, aut veritates illas præsumptas inter se comparet. Et tamen hic casus tam ad verificandam assertionem nostram, quam ad demonstrationem prætentam, & ipsam Celladei opinionem everendam abundè sufficit.

Datur auctoritas simul pro utraque parte

71. Sed esto, loquamur de uno eodemque intellectu comparante auctoritates ac rationes sibi invicem contradicentes. In hoc sensu distinguo

minorem: nulla est præsumptio veritatis in utrisque Auctoribus simul, relatè ad collectam assensum quòd uterque dicit, concedo minorem, quia ad hoc credendum nec ratio nec auctoritas datur, ut patet. Nulla datur præsumptio veritatis in utroque simul ad distributivè seu divisim assensum quòd dicunt, nego minorem, oppositum enim constat clarissimè; simul enim coexistunt rationes & auctoritates ad assensum allicientes. At præsumptio veritatis pro utraque parte distributivè sumpta est prorsus inseparabilis ab illis rationibus & auctoritatibus simul coexistentibus in mente, à quibus ad assensum utriusque parti distributivè sumptæ præbendum allicimur. Ergo datur manifesta præsumptio veritatis in utrisque simul, quamvis non pro veritate utriusque partis simul & collectivè sumptæ, sed solum pro veritate utriusque distributivè acceptæ. Labitur ergo præsentia demonstratio.

concordantia in eodem intellectu

72. In secundo argumento major est falsa, quia docti post omnem diligentiam, & validas rationes excogitatas, aliquando errant in rebus veritatis necessariæ. In hoc casu Doctor, sic errans, aliquam habet auctoritatem apud imperitos. Et tamen à parte rei datur essentialis repugnantia ad veritatem in dictis ipsius habendam. Ergo falsum est, quòd nulla detur auctoritas, ubi adest totalis repugnantia ad veritatem. Rursus eadem major distinguitur hoc modo. Nulla datur auctoritas in aliquo, ubi repugnantia ad scientiam & veritatem in dictis ipsius reperendam datur à parte rei, & clarè innotescit; conceditur major. Ubi datur repugnantia veritatis, sed illa non certè apparet, sed creditur abesse; negatur major. Eodem modo distinguo minorem. In Auctoribus sibi contradicentibus datur repugnantia ad veritatem & scientiam in utrisque, & semper scitur illos sibi contradicere, nego: & illud sæpè non innotescit, concedo minorem, quia quando loquimur de diversis hominibus, qui in eodem instanti affirmant contradictoria, singuli solum cogitant de suo objecto illiusque veritate, illudque credunt esse verum, & oppositum falsum, omnemque repugnantiam ad verum abesse credunt à dictis ejus, cui fidem adhibent. Unde in hoc sensu negatur consequentia. Ille autem sensus sufficit ad veritatem assertionis positæ, totumque Celladei intentum everendum, quia probat, utrumque contradictorium posse esse simul probabile respectu diversorum intellectuum.

Datur auctoritas in obiecto datur repugnantia ad veritatem.

73. Rursus si loquamur de eodem intellectu, comparante utramque contradictionis partem, & advertente alteram esse necessariò falsam, iterum distinguo minorem. In Auctoribus contradicentibus datur totalis repugnantia ad veritatem utriusque partis collectivè sumptæ, concedo: utriusque partis distributivè sumptæ, nego minorem. Unde negatur consequentia: non enim datur auctoritas contra veritatem apertam ad affirmandum utrumque esse simul verum, quia neuter hoc cupit, nec ad hoc suam auctoritatem interponit. At datur auctoritas pro veritate singularum partium distributivè sumptarum, quia aut non datur, aut certè non apparet totalis repugnantia veritatis in hoc sensu. Nec mirum, sicut enim necesse est alterum esse falsum, sic etiam necesse est alterum esse verum. Dum ergo latet, cui parti veritas faveat, & simul dantur rationes & auctoritates tam faventes parti A contra partem B, quam parti B contra A; & illæ rationes ac auctoritates solum stimulant ad assensum partium distributivè sumptarum, manifestum est, quòd in hoc sensu nulla

Alia ejusdem argumenti solutio.

nulla appareat repugnantia totalis ad veritatem in ulla ex partibus, si comparetur ad alteram, quam excludit; imò magna adest veritatis similitudo pro singulis partibus, seu pro utraque distributive sumpta, etiam quando considerantur ut simul propositæ eidem intellectui in uno eodemque instanti. Ergò in hoc sensu simul datur auctoritas, ratio, probabilitas, imò & veritas appa-rens pro utraque parte. At aliud non contendi-mus.

Celladeus tenetur solvere argu-menta sua.

74. Atque hinc habemus, instantiam ab ipso Celladeo solvendam. Argumentum enim utrum-que proponi potest contra ipsum opinari, sive opinatio sit probabilis, sive temeraria. Hoc enim parum refert ad intentum præfens. Quare sic arguo. *Ubi nulla præsumptio veritatis, ibi nulla est possibilis opinatio. At de utrisque simul contradic-torius nulla est præsumptio veritatis. Ergò nulla est possi-bilis opinatio de utrisque simul.* Rursus eodem mo-do proponitur secundum argumentum. *Ubi re-pugnancia veritati est perspicua, ibi repugnat opinio. Sed in Auctoribus sibi contradicentibus repugnancia ve-ritatis in utrisque simul est perspicua. Ergò in Auctori-bus sibi contradicentibus repugnat opinio de rebus contra-dictoriis.* Quid diceret, Celladee, si aliquis hæc afferret, ut probaret non posse, ne quidem in di-versis intellectibus, dari simul propositiones si-bi contradicentes, maxime si uterque intellectus compararet motiva opposita, & adverteret utram-que partem non posse simul esse veram? Rideres, arbitror, & diceret, illum terminos confundere, & inter sensum distributivum ac collectivum non discernere. Sic est. At cogita idem prorsus lo-cum habere in tuo argumento, & fatere illud non solum non esse demonstrativum, sed aperte sophisticum & fallax, quod à te ipso & omnibus eo modo solvendum est, quo illud solvimus.

Potissima Celladei de-monstratio præfens.

75. Objicit tertio. Contra veritatem certam & indubitatam non datur probabile conscientia, ut omnes fatentur. Hoc posito sic. Forma, quæ est impossibilis cum alia in aliquo subjecto deter-minatè sumpto, conjungi nequit cum illa alia forma in duobus subjectis, si exclusio formæ prioris indeterminatè necessariò conveniat alterutri illo-rum subjectorum. Sic scientia perfecta de aliquo objecto, quæ est impossibilis cum ignorantia circa idem in Petro, repugnat simul esse in Petro & Paulo, simulque reddere utrumque scientem, si supponamus alterutrum necessariò carere illâ scientiâ. Similiter, si necesse sit Petrum vel Pau-lum scire hoc objectum, impossibile est, utrum-que simul illud ignorare. Sed certitudo falsitatis in una propositione, v. g. in A, est impossossi-bilis cum probabilitate conscientia de veritate ejusdem propositionis determinatè sumptæ. Ergò certitudo falsitatis est impossibilis cum proba-bilitate conscientia simul in hac & in propositione contradictoriè opposita, etiam indeterminatè sumptis, seu cum similitate probabilitatis in utra-que propositione. Sed in omni contradictione adest certitudo & evidentiâ falsitatis in una ex pro-positionibus indeterminatè sumptis. Ergò repu-gnat cum probabilitate utriusque conclusionis deter-minatè sumptæ, seu cum similitate probabili-tatis in utraque. Ergò repugnat duas conclusio-nes contradictorias esse simul probabiles. Idem argumentum sic brevius proponitur. Repugnat ut illud idem sit tibi probabile, quod est certò tibi falsum. Est autem tibi certò & evidenter falsa alterutra duarum propositionum sibi contradi-centium. Ergò utraque non potest esse tibi simul probabilis probabilitate conscientia. Ita Cella-

R. P. A. Terilli Regula morum. PARS I.

deus §. 4. Et hæc est potissima ratio, cui tam-quam prorsus demonstrativæ confidit.

76. Respondeo in primis per instantiam à Cel-ladeo aliisque omnibus solvendam. Repugnat in-tellectum allici, attrahi, aut impelli ad assensum objecti evidentissimè falsi. v. g. motiva & argu-menta sæpè movent nos ad credendum aliquid, quamdiu veritas illius est incerta. At statim ac veritatem ipsam oculis videmus, non amplius im-pellimur ad oppositum propter dicta aut rationes alterius, quibus antea validè impellebamur. Hoc posito, argumentum æquè probat utramque par-tem contradictionis non posse simul allicere ac impellere intellectum ad assensum, ac utramque non posse simul esse probabilem. At evidens est argumentum non convincere primum, quia op-positum est certum & evidens, ut certissimè ex-perientiâ constat. Ergò evidens etiam est, quod non convincat secundum; non solum quia ex hac instantia evidens est argumentum esse sophisti-cum, etsi nesciremus ubi sophisma latet, sed etiam quia probabilitas ipsa formalis consistit in impetu illo intellectuali. Ergò si impetus ad utramque partem non excludantur, sed simul existere pos-sint, utique & probabilitas utriusque partis simul datur.

Argumentum evidens ter retor-quetur.

77. Porrò ut videas instantiam evidenter va-lere, facilitatis causâ incipio à secunda argumenti propositione, quippe quæ clarior est ac intelli-gibilior, quàm prima, quæ certè valde difficilis est & intricata, cum tamen Celladeus clarè loqui consueverit. Verùm hoc ipsum datansam cre-ndi, æquivocationem aliquam in argumento latere, alioquin Celladeus rem clarè expressisset. Itaque sic formo syllogismum. Repugnat ut illud objectum te attrahat ad assensum quod eviden-ter tibi est falsum. Est autem evidenter tibi fal-sum alterutrum duorum objectorum contradi-ctoriorum. Ergò utrumque non potest simul te attrahere ad assensum. Quid dicis Celladee? habes hic argumentum tuum sub eadem penitus for-ma alteri materiæ applicatum. Præmissæ eviden-tes sunt. Estne etiam conclusio demonstrativa? Nequaquam, est evidenter falsa, evidenter sophi-stica, evidenter nulla. Dic ergò, ubi latet sop-hisma? detege errorem, & ipse tu præfensam tuam demonstrationem invenies esse paralogi-smum. Sed ubi latet deceptio? Dicam, latet in diversa terminorum acceptione; idem enim ter-minus modò in determinata, modò in vaga & indeterminata suppositione sumitur. Major enim non est vera, nisi terminus evidenter sumatur in suppositione determinata. Sic si determinatè vi-deam solem splendere, non moveor ad opposi-tum, eò quòd tu dicas solem non splendere: lo-quimur enim de splendore solis, qui determinatè sumptus est mihi evidens. Jam in minori ter-minus evidenter non applicatur ulli objecto deter-minatè sumpto, sed supponit vagè pro alterutra parte contradictionis, nec constat pro qua deter-minatè accipitur. Est enim mihi evidens, quod alterutrum sit falsum, sed nescio quodnam illud sit. Mutatur ergò terminorum suppositio, ar-gumentumque ex quatuor terminis constituitur. Ea-dem porrò responsio evidenter valet respectu ar-gumenti contra probabilitatem utriusque partis propositi, ut patet. Itaque conclusio non substi-tit. Ratio à priori est, quia sola evidentiâ de objecto determinatè sumpto excludit impetum in-tellectualem, seu repræsentationem objectivam impellentem ad contrarium. Ergò cum eviden-tiâ veritatis de parte alterutra neutram partem deter-

Præfens de-monstratio ostenditur esse merum so-phisma.

Z 2

determinatè afficiat, non potest impedire, quin pars quævis determinatè sumpta actu alliciat. Et hinc est, quod utraque pars determinatè simul alliciat; & quia impetus ille tantus esse potest, quantum ad probabilitatem requiritur, idè evidentia de falsitate alterutrius partis indeterminatè sumptæ non excludit simultaneam probabilitatem utriusque partis determinatè sumptæ; non quod detur probabilitas de simultanea utriusque partis veritate, hoc enim repugnat; sed quod detur simultas duarum probabilitatum, quarum singulæ ad determinatum objectum referuntur.

Sophisma
primi syllo-
gismi dete-
gitur.

78. Eodem modo instantia, ab impetu intellectuali desumpta, fieri potest contra formam prioris argumenti, quia contra evidens non datur impetus intellectualis, sicut contra evidens non datur probabilitas conscientia. Itaque, cum totum argumentum in hoc principio fundetur, manifestum est, formam argumenti æquè applicari ad impetum intellectualem, ac ad probabilitatem conscientia; & facillè erit unicuique argumenti formam applicare. Jam certum est argumentum non concludere contra simultatem duorum impetuum intellectualium. Ergò neque concludit contra simultatem probabilitatis utriusque partis. Ego prolixitatis vitandæ causâ applicationem omittere, & respondeo per doctrinam utriusque casus æquè applicabilem. Inprimis ergò distinguo principium assumptum. Contra objectum determinatè certum & evidens non datur probabilitas determinata circa contrarium, concedo: contra objectum indeterminatè tantum certum & evidens, non datur probabile certum ac determinatum, nego. Sic si videam solem splendere, non potest mihi esse probabile, quod non splendeat, quia splendor solis determinatè sumptus est mihi evidens in seipso, seu determinatè evidens, & hæc evidentia excludit probabilitatem determinatam de opposito. At quod splendor solis sit mihi evidens indeterminatè, eò quod sciam solem splendere, vel non splendere, non tollit determinatam probabilitatem, quod non splendeat, quia hæc evidentia non opponitur motivo gravissimo suadenti illum non splendere, ut patet. Ergò evidentia de veritate objecti indeterminatè sumpti, non tollit probabilitatem determinatam de opposito. Jam totus discursus nititur in hoc principio, quod solum verum est in acceptione determinata terminorum; & tamen argumentum fundatur in indeterminata eorundem acceptione.

Argumen-
tum transit
ab una for-
ma ad aliã
longè diver-
sam, eodem
nomine si-
gnificatam.

79. Quod additur de formis impossibilitibus non est ad rem, quia nulla fit variatio in ipsis formis, sed illæ eadem sumuntur & comparantur cum eisdem objectis aut subjectis, ut patet. Sic si necesse sit Petrum vel Paulum scire hoc objectum, impossibile est utrumque illud ignorare, quia ignorantia est forma, quæ utriusque applicata haud dubiè expellit scientiam ab utroque. At in casu nostro fit transitus ad formas diversissimas. Aliã enim est evidentia quod sol splendeat, aliã evidentia quod vel splendeat vel non splendeat. Imò si præse loquamur, aliud est objectum, non solum terminativum, sed vel maximè motivum utriusque. Ergò licet prima evidentia de splendore solis excludat probabilitatem de opposito, inde solum sequitur, quod eadem ipsa evidentia excludat probabilitatem ab utroque contradictorio simul sumpto, quod est evidens, quia, stante tali evidentia, impossibile est, ut utraque pars sit probabilis. At inde non sequitur, quod secunda evidentia, utpote forma diversissima, excludat

probabilitatem ab utroque opposito determinatè sumpto; quia sicut non excludit probabilitatem ab ullo determinatè sumpto, sic nec ab utroque; sicut enim nec admittit probabilitatem partium determinatè sumptæ, sic etiam alterius partis determinatè sumptæ probabilitatem admittit, quia eadem de utraque est ratio, sicut & de impetu intellectuali: nam sicut hæc secunda evidentia non impedit quò minus utraque pars intellectum sollicitet, quamvis prima evidentia tollat omnem stimulum ad contrarium; ita pariter secunda hæc evidentia non tollit probabilitatem ab utraque contradictionis parte simul, quamvis prior evidentiam tollat.

80. Hic habes fundamentum totius hallucinationis in argumento, quod in majori proponit formam aliquam peculiarem determinatam, contrariam tam probabilitati alterius partis determinatè sumptæ, quam utriusque simul, & de hac formâ vera est major. At in minori fit transitus ad aliam certitudinem & evidentiam; subsumitur enim: *At in omni contradictione adest certitudo & evidentia falsitatis in una ex propositionibus*: Peto enim de qua certitudine & evidentia loquaris? de illa eadem, de qua antea loquebaris in majori, an de alia aliqua? Si de eadem, minor non solum est de subiecto non supponente, sed etiam est aperte falsa, quia sæpè neutra pars, determinatè sumpta, est certò falsa. Si de alia (certum autem est quod de alia loquaris) eo ipso argumentum ruit, quia cogaris fateri, te terminos mutasse, ac sub eadem voce plura dissimilia complexum esse. Ergò cogaris fateri argumentum esse merum sophisma. Nos autem omnibus, locum sophismatis ostendimus.

81. Dices; si tibi constaret, alteram ex conclusionibus contradictoriis esse scitam ac demonstratam, etsi non constaret quænam illarum esset scita ac demonstrata, in tali casu utraque non esset tibi probabilis probabilitate conscientia. Ergò neque de facto utraque potest simul esse probabilis, quia æquè certò scis, alterutram esse falsam, sive demonstretur, sive non demonstretur altera pars. Ita Cellædus.

Respondeo negando antecedens, si sumatur universaliter, ut jacet, quia semper scimus alterutrum ex contradictoriis esse scitum à Deo, à Christo ut homine, ab Angelis &c. Unde miror, quod Cellædus in hoc difficultatem fecerit, putaveritque illud à nobis esse concedendum, quod ignorare non poterat ab omnibus hac in re nobis consentientibus expressè negari. At si loquamur in aliquo peculiari casu, antecedens poterit esse verum, tunc scilicet, quando scirem alteram partem esse scitam à Petro, quem consultare possem; in tali enim casu teneor diligentiam adhibere, & facere quod in me est, ut veritatem sciam, alioquin imprudenter ac temerè sententiam feram, & opus incertum aggrediar. Quod si ille conveniri non possit, vel quia nescitur, vel quia est in Indiis v. g. & ego diligentiam adhibeam, inveniamque Auctores ac rationes valde stimulantibus ad assensum utriusque partis distributive sumptæ, utraque pars erit mihi probabilis probabilitate conscientia, quamvis non sit talis ei, qui veritatem evidenter novit.

82. Præter responsiones peculiare huic argumento jam datas, duæ alia dari possunt; prima est, quam ultimo loco dedi objectioni secundæ, quæ huic ac illi argumento æquè applicari potest, sicut & responsiones ac instantia, quibus huic argumento satisfacimus, magna ex parte secundæ obje-

Locus so-
phismatis
preste app-
tetur.

Cellædus
assumit ut
per se notè
quod ab om-
nibus scitis
mè creditum
falsum.

Datur h-
multas, sed
non datur
probabili-
tas simul
tis.

objectioni applicari possunt. Secunda fundatur in certa ac indubitata distinctione similitatis potentia, & potentia similitatis, quæ duæ toto cælo differunt. Habemus enim similitatem potentia ad amandum & non amandum, quia potentia amandi non excludit, sed secum admittit potentiam non amandi; non tamen habemus potentiam similitatis, seu potentiam simul conjungendi amare & non amare, seu ponendi utrumque copulativè, sed solum disjunctivè. Eodem pariter modo discurrendum est de probabilitate utriusque partis contradictionis: datur enim similitas probabilitatis utriusque partis, quia stimulus intellectualis, seu probabilitas alliciens ad assensum unius, non excludit stimulus intellectualem, seu probabilitatem, quia intellectus simul allicitur ad oppositum. At non datur, nec dari potest probabilitas similitatis, quia nullus est aut esse potest stimulus ad credendam utramque partem contradictionis esse simul veram. Jam argumenta Celladei solum probant, utramque partem contradictionis non habere probabilitatem similitatis, quod ultro concedimus; nullatenus autem ostendunt, utramque partem non habere similitatem probabilitatis, de qua sola præfens quæstio procedit.

Celladeus immeritò fugillat quendam Theologu.

83. Contra hanc distinctionem insurgit Celladeus §. 6. Inprimis autem fugillat Theologum quendam, qui hæc distinctione usus docuit, liberum nobis esse opinari inter propositiones probabiles contradictorias, quia alterutram pro libero voluntatis imperio elicere possumus, quamvis non possimus simul opinari per utramque. Ex hoc autem apparet, quod similitas probabilitatis, & probabilitas similitatis coincidunt quodammodo cum similitate potentia, & potentia similitatis. Sed frustra fugillat illum, quia sententia illa vera est, ut fusè ostendi in tract. de Conse. prob. quæst. 8. & 9. Sed & de hoc ipso expressè contra Celladeum agendum erit quæst. sequenti.

Mira Celladei æquivocatio, ac terminorum confusio.

84. Secundò præterdit, distinctionem istam in casu præfenti esse merè verbalem, & similitatem probabilitatis necessariò inferre probabilitatem similitatis. Inprimis dicit, judicia contradictoria rationabiliter concepta, & in diversis intellectibus simul existentia esse per nos simul probabilia probabilitate similitatis. Rursus dicit, quod per nos detur probabilitas similitatis utriusque conclusionis, quia non una vel altera, sed utraque simul & in sensu composito est probabilis. Verùm hoc est confundere similitatem probabilitatis cum probabilitate similitatis, ac loqui de nostra sententia, ac si illam non intelligeret. Similitas probabilitatis aliud non significat, quam còexistentiam duorum motorum tantæ magnitudinis, quorum singula alliciunt intellectum ad assensum unius determinatæ partis cum rejectione alterius. At evidens est duo motiva contraria simul conjungi posse in intellectu. Similiter efficaciter probatum est, quod singula ex illis motivis eam magnitudinem habere possint, quæ ad probabilitatem requiruntur. Ergò dari potest similitas probabilitatis. At probabilitas similitatis in casu præfenti significat, simultaneam objectionum contradictoriorum conjunctionem esse probabilem, quod evidenter repugnat; adeo enim evidens est hoc repugnare, ut intellectus nullum stimulus habeat ad id affirmandum. At probabilitas in stimulo intellectuali consistit. Ergò evidens est probabilitatem similitatis non dari; ad hoc enim propositio, dicens utrumque contradictoriorum simul existere, deberet esse probabile.

Similitas probabilitatis quid?

Probabilitas similitatis quid?

bilis. At propositio illa est evidenter falsa. Ergò & evidenter improbabilis.

85. Hic est genuinus sensus eorum, quos Celladeus hoc loco impugnat; sed illum non attingit, ut patet. Imò in illis, quæ nobis attribuit, aperte confundit duos istos sensus, qui tamen non minus opponuntur inter se, quam similitas potentia & potentia similitatis. Interim præfens illius demonstrationes per hanc etiam clarissimam doctrinam, certissimamque distinctionem funditus corrumpit, sicut per priores responsiones fuerunt everta.

Celladeus illegitimè nos impugnat.

modi 2

ALIA OBJECTIO,

Occasione cujus quæritur, quid S. Thomas & Antiqui hac de re senserint.

86. **O**BJECIES. S. Thomas Opusculo 73. de usuris, in præmio dicit, Auctores sunt temporis etiam in moralibus, in quibus periculum est, diversa sentire & opinari. Deumque paulò antè enixè precatur, ne ipsum in periculum anime sue, & in laqueum aliorum errare permittat. Hinc sequitur primò, periculum esse tam anime propria, quam laquei alieni in decidendis quæstionibus moralibus. Secundò sequitur, non satis esse ad periculum hoc & laqueum evitandum habere Doctores diversa sentientes & opinantes, quia notorium erat S. Thomæ, quod Doctores tunc temporis inter se discrepant de rebus ad usuram spectantibus. Et tamen periculum ac laqueum timebat. Non ergò sentiebat cum modernis Theologis, quod in rebus controversis liceret sequi quamcumque partem, pro qua Doctores reperiuntur. Si enim hoc verum reputasset, eo ipso periculum cessasset, & laqueus, quem timebat, contritus fuisset. Tertio sequitur, S. Thomam non admisisse probabilitatem, in sola Doctorum opinione sitam, esse sufficientem conscientia regulam. Itaque distinguit inter probabile conscientia, & probabile opinionibus dari solitum.

S. Thomas periculum agnoscit in re, de qua Auctores contraria sentiunt.

87. Rursus S. Thomas quodlib. 9. quæst. 7. art. 15. quærit an liceat simul habere plures præbendas non curatas absque dispensatione, & post argumenta proposita hæc habet. Omnium quæstio, in qua de peccato mortali quæritur, nisi expressè veritas habeatur, periculosè determinatur. Ecce iterum agnoscit periculum, & tamen expressè fateatur hæc etiam in quæstione, Theologos Theologis, & Juristas Juristis contraria docere. Rursus S. Thomas, quodlib. etiam 8. art. 13. eandem quæstionem tractans observat, alterutram ex opinionibus contradictoriis esse falsam. Unde inferit, habentem plures præbendas non excusari à peccato, si faciat contra opinionem veram, quia facit contra legem, licet non peccet contra conscientiam. Ecce S. Thomas ubique sibi similis est, cum eadem reflexiones & illationes fieri possint ex istis locis, quas ex prima auctoritate deduximus. Ita Celladeus lib. 2. quæst. 12. ex quibus contendit, Sanctum Thomam per omnia cum ipso sentire, ac etiam ex necessitate falsitatis in alterutra contradictoriarum suam (ut ipse) sententiam stabilire. Nominatim autem videtur sequi, quod ad præfens atinet, utramque contradictionis partem ex mente S. Thomæ non posse simul esse probabilem probabilitate conscientia, cum non sufficiat, quod Doctores hinc inde teneant opposita.

In rebus incertis quæstio delicti periculosè determinatur per S. Thomam.

Scotus idē agnoscit periculum.

88. Sancto Thomae Celladeus Scotum subne-
cit, qui in 3. dist. 25. quest. 1. ad 4. in determinan-
dis quaestionibus moralibus, idem periculum,
quod S. Thomas agnoscit; dicit enim, Bene vi-
dendum est in moralibus, antequam aliquid afferatur
& expressè loquitur in casu altercationis Docto-
rum, an aliquid liceat, necne. Unde videtur
sequi, antiquos cum Celladeo contra nos tene-
re.

S. Thomas & Scotus no-
bis favent.

Respondeo me fusè examinasse mentem San-
cti Thomae quest. 29. de Consc. prob. ubi clarè
ostendi, S. Thomam in nullo à nobis discrepare,
sed per omnia communem doctrinam aut suppo-
nere, aut expressè tradere. Legatur quaestio,
quia in ea jam satisfactum invenies istis auctori-
tatis & ponderationibus, antequam à Celladeo
proponerentur. Similiter quod ad Scotum atti-
net, & hunc & alios ejus textus expendi quest. 22.
de Consc. prob. à num. 151. ad num. 160. cumque à
nostris partibus stare probavi: quocirca ne acta
agam, pro pleniori hujus rei decisione ed Lecto-
rem remitto; hic autem sufficiet rem breviter de-
clarare, & æquivocationes Celladei aperire.

Itaque omnes fatemur moralium dubiorum de-
cisionem esse periculosam; quod verum est in
quacumque parte dubium resolvas, quia nec
Dei lex evacuanda, nec conscientia proximi in-
debitè oneranda est. Quocirca hoc tam premit
Celladeum & adversarios, quam nos, quia nec
illi nec nos tuti sumus, nisi debitam diligentiam
impendamus, & ea, quæ rationi consona sunt,
proferamus.

Pro praxi
opinionis
non sufficit
quod illa ab
auctoribus
docetur.

89. Similiter ultrò admittimus, non satis esse
pro licita opinionum praxi, quod constat, eam
à Doctoribus tradi: omnes enim requirimus plu-
ra, nempe ut nil certum in contrarium afferatur;
ut opinio, quam sequimur, non sit rejecta tam-
quam improbabilis; ut habeat pro se tantam ra-
tionem vel auctoritatem, quanta ad certam pro-
babilitatem à nobis præscribitur. Jam, stante
tali opinione, dicimus licitum cuique esse illam
sectari. Nec S. Thomas, aut hic, aut ullibi do-
cuit oppositum. Nec obstat S. Thomam agno-
visse periculum, non obstante, quod Auctores
contraria sentirent: nam in primis non constat,
an Auctores illi omnia requisita haberent, quæ
ad certam probabilitatem requiruntur. Sed licet
hoc S. Thomæ constitisset, ideoque ille omittere
potuisset illam suam disputationem; nihilominus
si in se suscipiebat onus rem examinandi, suam-
que auctoritatem pro regula operandi aliis pro-
ponendi, utique non fuisset tutus, si quidquid
pro arbitrato dixisset. Sic enim in primis pro-
ximos decepisset; quia illi ab eo propriam ipsius
sedulitatem in veritate investiganda, ut in ope-
rando conscientias suas tutius conformarent, ex-
pectabant; ipse autem tali expectationi non cor-
respondisset, sed eos per simulationem justissimâ
spe fraudasset. Deinde proprio officio defuisset,
quia officium Theologi postulat, ut si quaestio-
nem directè solvendam arripiat, eam sedulo valdè
pertractet, rationibusque omnibus inspectis ac
diligenter examinatis, id demùm proferat, quod
veritati magis consonum repererit; quia omnes,
maximè Theologi, (quorum præcipuè id mu-
nus est) tenemur veritatem ipsam quantum possu-
mus investigare, ut sic non solum corde quæra-
mus, sed etiam ostendamus opere, nos aliud quam
veritatem ipsam, & sinceram ac genuinam Dei
voluntatem & gloriam non querere. Qui hisce
non correspondet, Theologi nomine indignus
est. Itaque ut S. Thomas suo muneri satisfa-

Periculum
Theologi
solventis
quaestio-
nem
in quo con-
sistat?

ceret, necesse erat, ut quaestionem, quam exa-
minandam susceperat, diligentissimè discerneret,
ne & sibi periculum, & proximis laqueum crea-
ret.

90. Est & alia ratio id ipsum evincens. Qui Ratio, et
doctrinæ capaces sunt, non tam facile acquiescere
debet aliorum dictis, quam qui eas examinare,
earumque vim & efficaciam investigare ac pene-
trare non norunt. Itaque si viro valdè docto so-
lùm repræsentetur, quod plures teneant utram-
que partem contradictionis, non illicò tutus erit,
si sectetur partem minus tutam, sed vel scire de-
bet qualitatem Doctorum eam tenentium, ut sic
fine ulteriori investigatione, eorum sententiam
in conscientia regulam licitè accipiat, vel ipsemet
tenebitur rationes investigare, ut nil agat, nisi
illud rationi congruum esse noverit. Hoc maximè
verum est in Theologo, qui rem à fundamentis
examinandam ac determinandam suscipit. Itaque
S. Thomas, utpote summus Theologus, qui
quaestionem illam à se determinandam acceperat,
tutus non fuisset, nisi rem valdè diligenter exa-
minasset. Et ecce habes rationem, unde timeret,
etsi sciret, plures cuius contradictionis parti fa-
vere. At hoc nil facit ad præsentem quaestionem,
quæ solum procedit, quando constat hanc dili-
gentiam præmissam fuisse, & veritatem, hoc non
obstante, ita latere, ut probabilissimum sit, ut-
rumque contradictorium objectivum, etiam mi-
nus tutum, licere.

91. In hoc casu sententia benigna procedit: & S. Thomas
dico S. Thomam tenuisse, quod in ejusmodi casu
licet sequi opinionem quacumque, etiam mi-
nus tutam, modò juxta illam omni dubitatione
positâ, conscientia bonâ fide formetur. Ratio
evincens intentum est, quia S. Thomas plurimas
resolutions habet in favorem partis minus tute,
ut quod lapsus in peccatum mortale non teneatur
statim confiteri, nisi in paucis casibus, quos ex-
primit. Quod circumstantiæ aggravantes in ea-
dem specie non sint materia necessaria confessio-
nis. Quod iudex licet condemnare possit inno-
centem, qui per allegata & probata convictus est
reus, aliaque ejusmodi quam plura. Hæc tenuit
S. Thomas partim contra S. Bonaventuram, par-
tim contra alios Auctores gravissimos. Peto jam
an S. Thomas existimaverit, licitum esse resolu-
tionibus ipsis stare, necne? si neges, nullus es;
quia certum est, quod ideo tales resolutions pon-
nantur, ut alii juxta illas conscientiam forment.
Unde videmus, quod fideles ad hunc usque diem
per illas conscientiam regulant. Si concedas, ha-
beo intentum, quia jam putavit opinionem mi-
nus tutam, rationabili fundamento munitam, esse
posse sufficientem conscientia regulam, quamvis
S. Bonaventura, & alii præstantissimi doctissimi-
que Theologi, etiam post rationes S. Thomæ
sedulo expensas, contrarium tenerent, & partem
utriorem ut unice veram amplecterentur. Ergò
S. Thomas existimavit, utramque partem contra-
dictiois esse probabilem probabilitate conscien-
tiæ. De opinione S. Bonaventuræ, contraria
opinionem ipsius, nulla esse potest difficultas, illa
enim cum sit tutissima, non potest nocere conscien-
tiæ, si in regulam admittatur, nisi homo
spontaneè contra conscientiam agere velit. Ergò
illa & tunc erat, & nunc est probabilis probabi-
litate conscientia. Rursus S. Doctor censuit suam
quoque opinionem esse probabilem probabilitate
conscientia, & quidem illi, cui etiam opposita
sufficiens erat ad conscientiam ritè formandam,
casu quo illi assensum præbuisset. Ergò existi-
mavit,

Ratio, et
quam S. Tho-
mas tenuit,
nil facit ad
præsentem
quaestio-

S. Thomas
censuit ut-
ramque
opinionem
contradictio-
riam esse
probabilem
probabilitate
conscien-
tiæ.

namque, utramque partem contradictionis esse simul probabilem probabilitate conscientiae.

92. Dices. Aliud est Sanctum Thomam sentire partem suam oppositam esse talem, seu sine peccato in praxim reduci posse; aliud illam esse probabilem probabilitate conscientiae: nam saepe pars minus tuta non est simpliciter certa, sed iolum valde probabiliter licita, cum tamen propositio, contradictorie opposita, non sit probabilis, seu digna assensu, eo quod nullis aut levissimis argumentis nitatur. Ergo non recte intulimus, S. Thomam existimasse utrumque ex contradictionis esse probabile.

Respondeo, id quidem non sequi, nisi omnia & singula in argumento expressa simul considerentur: nam certum videtur, S. Thomam non existimasse, rationes & auctoritatem S. Bonaventurae, & aliorum ipsi contradicentem, etiam post rationes ejus diligenter consideratas, esse exigui valde momenti, sed valde rationabiles, & sufficientes ad prudentes & probos in assensum allicientes. Hoc autem est esse vere probabile ex mente S. Thomae & aliorum. Et quidem hoc ipsam est probabile conscientiae, cum aliam in ejusmodi suis dictis probabilitatem pretendere non poterit. At S. Thomas consideravit tutam eorum opinionem, suam oppositam, prout rationibus & auctoritatibus dictis suffulgit. Ergo haud dubie judicavit illam esse probabilem probabilitate conscientiae. Sed ut omne dubium tollatur sic arguo. S. Thomas non adeo alte de se, & submisit de aliis sentiebat, ut existimaret, suam quidem sententiam esse sufficientem conscientiae regulam pro parte minus tuta, etsi alii post rationes ejus auditas reclamarent; reputaret vero aliorum sententiam pro parte minus tuta non sufficere, si ipse non assentiret. Hoc enim proprie superbiorum est, non humilium & Sanctorum, ut patet. Ergo sicut S. Thomas existimavit suam sententiam pro parte minus tuta esse sufficientem conscientiae regulam, etsi S. Bonaventura & alii reclamarent, modo homines bona fide juxta illam conscientias suas formarent; ita pariter existimabat, sententiam S. Bonaventurae de parte minus tuta esse pariter sufficientem conscientiae regulam pro omnibus, qui juxta illam bona fide conscientias formarent, etsi ipse S. Thomas contrariam opinionem existimaret esse probabilem. At suam opinionem existimavit probabilem probabilitate conscientiae. Ergo existimavit utramque ex propositionibus contradictoriis esse probabilem probabilitate conscientiae. Eadem prorsus fuit mens S. Bonaventurae, ut probavi quaestione 22. de Consc. prob. num. 169. ubi ipsum citatum invenies; asserit enim, quod sequi tutiorem ad consilium spectet, quando graves Auctores tenent minus tutam esse licitam. Et quidem loquitur de casu, in quo ipse partem tutiorem tenebat.

93. Dicimus itaque periculum cessare, & laqueum conteri, quando gravissimi Theologi rem examinaverunt, & in rebus incertis in contrarias sententias abeunt: tunc enim ratio & auctoritas talis habetur, ut quicumque alteri parti adhaerit, & juxta illam bona fide conscientiam formaverit, tutus sit in conscientia; & hoc S. Thomas, S. Bonaventura, alique ejusdem aetatis Theologi pro indubitato habuerunt. At hic est casus noster. Non enim loquimur nisi in casibus ejusmodi, ut certum est.

94. Ex hisce perspicuum est, S. Thomam non distinxisse inter probabilitatem conscientiae

& probabilitatem opinionibus dari solitam; non solum, quia nullibi quidquam de tali distinctione insinuat; sed quia ex dictis certum videtur, quod contrarium expressè tenuerit. Error Celladei in eo est, quod indefinitas quasdam S. Thomae expressiones accipiat, quae opinionibus probabilibus communes sunt, illasque exaggerat ut periculosas, si pro conscientiae regula admittantur. At hoc nos etiam fatemur, imò expressè docemus, illas in sua universalitate sumptas non esse sufficientes conscientiae regulas; sed necesse esse, ut certò nobis constet, opinionem esse probabilem, ut sic eam licite sequamur in praxi. At hoc est, quod S. Thomas hisce in locis docuit; voluit enim diligentiam praemitteri, per quam certò constaret, veritatem ipsam certò inveniri non posse, sed solum probabili ratione conjectari; hac praemissa nullum periculum agnovit, aut laqueum timuit, si quis bona fide, atque probabili motivo munitus, partem minus tutam sectaretur. Alioquin post omnem suam resolutionem pro parte minus tuta subjungere debuisset, suam & aliorum opiniones merè speculationi deservire, cum pro praxi unica regula deserviret, nempe in rebus omnibus partem tutiorem esse tenendam. At nec ipse nec quisquam hoc docuit; sed omnes oppositum aut disertè tradiderunt, aut expressè supposuerunt. Itaque S. Thomas singularissimis Celladei opinionibus in nullo favet, sed in omnibus benigna sententiae subscribit.

96. Est & alia non levis Celladei equivocatio in hac materia, quod scilicet confundat valentes & non valentes discernere fundamenta conclusiva à non concludentibus, & manifestè prevalentia ac probabilia à debilibus & non probabilibus. S. Thomas & Scotus expressè loquuntur de obligatione priorum, per quorum resolutiones alii diriguntur. Jam cum omnes juxta suam capacitatem & officium teneantur veritatem ipsam, quantum humano modo possunt, investigare, manifestum est, multa esse periculosa & necessaria Theologo, ut casum resolvat, quae post ejus resolutionem, debita cum diligentia peractam, non sunt amplius periculosa iis, qui eorum auctoritatem sequuntur. Jam benigna sententia illis potissimum deservit, qui aut non possunt, aut non debent hoc examinare. De illis autem dicimus, quod tutè conscientiam sequi possint opinionem ullam certò practice probabilem juxta praescriptum benignae sententiae, modo rationibus & auctoritatibus nostrae sententiae moti conscientiam forment, bonaque fide procedant. Ratio est, quia jam post diligentiam, quam Sanctus Thomas exigit, praemissam, veritas latet. Ergo si contingat hominem errare, invincibiliter errat. Ergo cum ex motivo rationabili conscientiam formet, & bona fide procedat, nullum periculum, nullusque laqueus terendus est. Jam certum est, S. Thomam istis locis nil contra hoc docere, sed ipsum insinuare & supponere, quia post diligentiam praemissam & resolutionem rationabilem, reputat tutum esse tali opinioni inhaerere. Agnoscit tamen periculum in peritis ac Theologis, qui casum resolvunt, quod ad rem praesentem non attinet, cum ab omnibus talis eorum obligatio agnoscat, & non praesupponamus eam esse debite impletam, prius quam benigna sententia locum habeat, aut habere possit.

xit inter probabilitatem conscientiae & probabilitatem opinionum.

S. Thomas in omnibus Celladeo cõtrariatur, sed nobis favet in omnibus.

Celladeum confundit peritos & rudes, & ea omnibus applicat, quae Sanctus Thomas solis peritis accomodat.

Idem ex aha ponderatione con vincitur.

S. Bonaventura nobis quam est.

Periculum in moralibus quando cessat

S. Thomas non distinxit.



ULTIMA OBIECTIO SOLVITUR,

Et agitur de doctrina sana.

Utrum veritas requiratur ad doctrinam sanam?

95. **D** E M U M objicies. Utraque ex propositionibus contradictoriis non potest esse probabilis probabilitate conscientiae, nisi utraque sit tuta. At utraque non potest esse tuta, nisi etiam utraque propositio contradictoria sit doctrina sana; omnis enim doctrina tuta est sana, & nulla non sana est tuta. Ergo utraque ex propositionibus contradictoriis non potest simul esse probabilis probabilitate conscientiae, nisi utraque sit doctrina sana. At repugnat utramque esse doctrinam sanam. Ergo repugnat utramque esse probabilem probabilitate conscientiae. Probatur minor subsumpta. Nulla doctrina falsa est bona. Sed alterutra ex doctrinis contradictoriis est falsa. Ergo alterutra non est sana. Ergo utraque non est sana. Ita Celladeus *lib. 2. quest. 13. per totam*, ubi multa congerit ad probandum, quod nulla doctrina falsa sit sana, primò quia alioquin Deus infundere possit errorem, cum haud dubiè omnis doctrina sana Deum Auctorem habere possit. Ipse autem putat se demonstrare, nullum errorem esse posse à Deo Auctore. Secundò, quia doctrinae sanitas est veritas: *Sana doctrina est* (inquit S. Thomas in *cap. 4. Epist. 2. ad Timoth.*) *quando non habet admixtam falsitatem.* Ergo nulla doctrina falsa est sana. Nec mirum, quia bonum intellectus est verum, ejusdemque malum est ignorantia & error. At malum potentiae non potest esse sanitas ejusdem. Denum omnis error seducit credentem. Nulla doctrina sana seducit credentem. Ergo nulla doctrina sana est error. Hæc & similia plura congerit Celladeus loco citato.

Respondeo, me in hac Celladei questione nullam difficultatem, sed magnam rerum & terminorum confusionem invenire: meum proinde erit eam detegere, atque ita difficultatem istam non solvere tantum, sed profus evacuare.

Aliqua opinio falsa est aliquo modo tuta.

96. Prima æquivocatio latet in termino illo, *opinio tuta.* Inprimis certum est, aliquam opinionem falsam esse aliquo modo tutam: illa enim opinio aliquo modo tuta est, per quam homo eam sequens à peccato defenditur. At omnis error invincibilis est ejusmodi, ut omnes pro certo habent, & Celladeus ipse fatetur. Ergo certum est aliquam opinionem falsam esse doctrinam aliquo modo tutam; nec de hoc dubitari potest. Hinc habemus fundamentum necessarium distinguendi opinionem tutam in tutam per se, & tutam per accidens. Doctrinae evidenter certæ, & ratiabiliter veræ sunt tutæ per se, quia sunt conformes tam voluntati divinæ existenti per se, seu independentem ab ignorantia & errore intellectus humani, quam objectis, quæ Deus directè præcipit, permittit aut consultat. Doctrinae illæ erroneæ sunt tutæ per accidens, quæ aut invincibiliter reputantur veræ & conformes dictæ divinæ voluntati, aut fundant novam consultationem, per quam consurgimus ad sciendum, electionem objecti in hisce circumstantiis esse conformem voluntati Dei existenti per accidens, seu ex suppositione ignorantia & erroris in intellectu humano. Hæc certa sunt. Jam positâ hæc solâ distinctione, tota obiectio sine ullo urgente per se statim ruit, quia omnis doctrina tuta est sana, ipso Celladeo fatente. Ergo doctrina sana eandem distinctionem ac divisionem admittit. Alia

Doctrina alia tuta per se, alia per accidens.

enim est sana per se, alia per accidens, quod negari non potest, si dictum illud Celladei admittatur esse verum, *Quod omnis doctrina tuta sit sana, & nulla non sana sit tuta.* Ex hisce enim inevitabiliter sequitur, utramque ex propositionibus contradictoriis sæpè continere doctrinam tutam & sanam, saltem per accidens; quia sæpè propositio falsa invincibiliter creditur vera, atque prudenter elicitur ab intellectu, & irreprehensibiliter in praxim reducitur.

97. Atque hinc secundò alius Celladei error elucet, quia juxta illius principia certum est, utramque propositionem contradictoriam sæpè esse doctrinam tutam & sanam. Sic enim arguo. Illa doctrina est tuta, quam qui sequitur, in nullam legem ne materialiter quidem offendit. Hoc & per se notum est, & traditur ab omnibus, qui definiunt opinionem seu doctrinam tutam. At sæpè utraque ex propositionibus contradictoriis est ejusmodi, quia sæpè propositio, quæ continet doctrinam apparenter minus tutam, & favet libertati, est vera, & quæ continet tutissimam, ac favet legi, est falsa. Accipiantur istæ propositiones contradictoriæ: *Licet scribere in die Festo lucranda causa: non licet scribere in die Festo lucranda causa.* Supponamus primam esse veram, secundam verò falsam, nam revera sunt tales. Dico, utramque esse doctrinam tutam. Ratio est perspicua: qui sequitur primam, inhæret doctrinae veræ, nullamque transgreditur legem, ne quidem materialiter, ut patet. Ergo doctrina illa reipsâ tuta est, nec diffidetur Celladeus. Secunda propositio est falsa quidem, tamen tutissima; qui enim juxta illam operatur, non solum nullam legem reipsâ transgreditur, sed ne quidem obversatur menti illius ulla species præcepti in contrarium, quod certè non habet locum in primo casu. Ergo utraque propositio est doctrina tuta, & sana. Ergo Celladeus errat, dum universaliter contendit utramque contradictoriam non posse esse doctrinam tutam eò quod utraque non possit esse vera. Immo sibi contradicit, quia admittit propositionem faventem libertati esse tutam. Si sit vera, quamvis aliquid legis violanda periculum appareat; quod certè repugnat cum universali propositione negante utramque contradictoriam esse tutam, quia nullum est dubium, quin doctrina legi favens sit, & ab omnibus admittatur tuta. Sic in dubio tutior pars est eligenda, & doctrina exercitè dicens illam esse eligendam, est tutissima, tametsi sæpè sit falsa. Ergo non repugnat doctrinam falsam esse tutam, sed è contrario asserta Celladei sibi contradicunt.

98. Tertio displicet, quod vim faciat in voce *doctrina sana*, alludatque ad terminum illum in sensu, quo S. Paulus illâ sæpius utitur in Epistolis ad Timotheum & Titum. Displicet, inquam, quia S. Paulus aliud per vocem illam non intelligit, quam certam & indubitam fidei mores regulantis doctrinam, seu doctrinam & materialiter & formaliter sanam, ut videre est apud Cornelium à Lapide, & alios Interpretes. Nec mirum, quia hortatur Timotheum & Titum, ut conservent, defendant, atque promoveant doctrinam sanam, quam ab ipso acceperant, quæ certè exhortatio abs re fuisset, si loquutus fuisset de doctrina incerta, de qua ipsimet nescirent, quæ esset, quæ non esset doctrina materialiter sana. Jam etsi omnis ejusmodi doctrina certa & indubitata & sit, & ab Apostolo vocetur sana, non inde sequitur, quod nulla alia doctrina in rebus incertis appellari possit formaliter sana, in d

oppositum

in rebus incertis doctrina falsa potest esse sana. oppositum est certum; sic dicimus summam Sancti Thomae continere doctrinam sanam, non quod existimemus nullam inversam opinionem falsam in tota Summa: sed quia scimus, quod doctrinae illius Summae non adferuntur fidei, aut contra se quidquam certi habeant. Rursus scimus S. Thomae opiniones rationabili fundamentum nixas esse. Haec duo in incertis faciunt doctrinam formaliter sanam, quia doctrina formaliter sana in rebus incertis distingui non potest à non sana per veritatem ipsam, tam quia veritas certo non innotescit, tum quia utraque opinio pro veritate contendit. Ergo doctrina formaliter sana distinguitur à non sana formaliter per duo illa praedicata; & consequenter per illa constituitur formaliter sana. Jam eadem est ratio de doctrina S. Bonaventurae, Suarez, & aliorum Theologorum primae classis, quorum doctrinae ab omnibus censentur formaliter sanae. Hinc certum est, utramque contradictoriam saepe continere doctrinam formaliter sanam, cum duo illa praedicata utriusque saepe conveniant, ut fit, quando propositiones contradictoriae docentur ab ejsusmodi Theologis, quod non raro accidit.

99. Quarto displicet, quod dicat, omnem doctrinam veram esse sanam. Hoc falsum est, quia saepe opiniones verae à peccato non excusant. Ergo tales opiniones non sunt doctrinae sanae. C. I. sequentia est legitima. Antecedens probatur. Saepe homines temere, & absque sufficienti diligentia, auctoritate & ratione credunt partem minus tutam esse licitam; ideoque eam in praxim reducunt. In hoc casu temeraria haec eorum opinio est vera, & tamen haud dubie à peccato non liberat; peccant enim ob temeritatem, ut patet. Itaque sola veritas non efficit doctrinam sanam, sed praeterea ad formalem sanitatem doctrinae essentialissimè requiritur, ut sit rationalis, seu rationali fundamento post debitam diligentiam stabilita. Ratio à priori, quia denominatio doctrinae sanae magis respicit voluntatem, quam intellectum; quia magis respicit directionem morum, quam conformitatem cum suo objecto. At pro directione morum maximè requiritur, ut cognitio dirigens sit rationalis, seu recta. Ergo haec rationalitas essentialissimè requiritur, ut doctrina sit sana.

100. Hinc autem sumitur ratio à priori, cur aliqua doctrina falsa esse possit sana. Ratio est, quia illa doctrina est sana, quae ita mores dirigit, ut à peccato excuset. At doctrinae falsae, si sint rationabiles, ut saepe sunt, ita dirigunt mores, ut à peccato excusent. Ergo sunt doctrinae sanae. Itaque sicut sola veritas, si adsit, non reddit doctrinam sanam, ita neque si absit, facit illam absolute non sanam; sola enim rationalitas doctrinam reddit sanam. Caterum veritas rationalitati conjuncta, facit doctrinam sanam per se, seu materialiter & formaliter sanam; rationalitas verò à veritate se juncta doctrinam reddit sanam per accidens, seu formaliter sanam, est eadem materialiter non fit sana. Haec sunt, quae in hac Celladei quaestione merito displicent; fallitur enim, dum putat, nullam doctrinam falsam esse posse ullà ratione sanam. Nec argumenta ipsius contrarium probant, ut mox ostendam in frequentibus responsionibus.

101. Ad primum. Parum refert ad quaestionem hanc, an Deus infundere possit errorem nec ne? Si possit, argumentatio procedit ex subiecto insufficienti, non supponente. Si non possit, nil concludit;

quia facta tali hypothese, dicendum est, Deum infundere posse omnem doctrinam per se & materialiter sanam, non autem omnem sanam per accidens & solum formaliter, quia aliqua doctrina formaliter & per accidens sana est erronea. Et tales sunt omnes errores prorsus invincibiles, ut patet. Caterum ego existimo, Deum, facta saltem suppositione aliqua de hominis conatu ac libera electione, posse errorem infundere; quia sicut, facta suppositione peccati, Deus potest penas aeternas peccatori infligere, quamvis tali dolore innocentem torquere nequeat, ita pariter, facta suppositione de pravio intellectu & voluntatis nostrae operatione, Deus infundere poterit errorem, saltem quando est invincibilis, quamvis concederetur (quod tamen non conceditur) quod merè pro arbitrato & nulla facta suppositione non possit errorem infundere. Nec moveor praeterea Celladei demonstratione, illam enim non meliorem existimo, quam sint, quas hoc in opere jactat. Sed & ipse, si suam doctrinam ad distinctionem hinc insinuatam iterum examinet, nisi fallor, inveniet, Deum ed saltem modo, quem hic insinuavi, infundere posse errorem, quia maximo ingenio pollet, nec indiget ut argumenta illi praebantur.

102. Ad secundum respondeo, S. Thomam exponere sensum S. Pauli, & de illis solum doctrinis loqui, quas Apostolus sanas vocat. Apostolus autem loquitur de dogmatibus certissimis, & doctrinis per se ac materialiter tuis ac sanis, & consequenter S. Thomas hoc loco de aliis intelligendus non est. Quocirca ita fateor solum verum esse optimum intellectus, ut simul asseram, probabilitatem in rebus incertis esse etiam bonum illius secundarium, & ab homine simpliciter querendum; quia ubi certitudo nequit haberi, probabilitas est optimum, ad quod pervenire potest, & praestat ad illam pertingere, quam instar stipitis in omnibus suspensio judicio haerere. Praclarum illud Augustini dictum lib. 19. de Civit. cap. 17. contra Academicos hoc ipsum confirmat: Civitas Dei, id est turba fidelium, inquit, Credit sensibus in rei cujusque evidentiis, quibus per corpus animus utitur; quoniam miserabilis fallitur, qui nunquam perat in esse credendum. Sicut enim haec ponderatio probat fidem sensibus dandam esse, quamvis sensus non raro nos fallant, ita eadem ponderatio probat, bonum esse probabilitibus inhaerere, quamvis per probabilia nonnunquam decipiamur. Nec tamen nego ignorantiam & errorem esse malum intellectus; sunt enim mala, sed mala quae omne bonum intellectus non semper excludunt. Itaque quando junguntur cum judicio valde probabili, efficiunt quidem illud esse minus bonum, quam fuisset, si error non affuisset; sed non tollunt quod sit simpliciter bonum, & secundum quid optimum, nempe hic & nunc, & in istis circumstantiis. Sed si loquamur de errore temere concepto, vincibilis ac imprudens, ille est simpliciter malum intellectus, quia malum praevalet bono, quod includit.

103. Quod si aliquis contendat, nullam doctrinam dici posse sanam, nisi sit simul vera & rationalis, ed quod terminus sanus significet perfectionem statui congruentem sine defectu, simul asserat, nullam doctrinam etiam prudenter conceptam, & à peccato excusantem, dici debere sanam, si sit falsa; non sum, qui in quaestione de nomine multum repugnare velim. Verum stabilito hoc principio, corrui argumentum Celladei; non enim sequitur, doctrinam non sanam astrui

Deus in aliquo saltem casu infundere potest errorem.

S. Thomas loquitur juxta sensum S. Pauli.

Dictum notandum S. Augustini.

Probabilitas est bonum intellectus,

Quomodo comque doctrina sana accipiat, argumentum Celladei corrui.

astri sanam, quia non omnis doctrina tuta, probabilis, & à peccato excusans est sana. Itaque quocumque modo termini accipiantur, argumentum est nullum. Ceterum in rebus incertis, ad fidem & mores pertinentibus, omnem doctrinam communiter vocamus sanam, quæ rationabilis est, & nil certum in contrarium habet, ut videre est in doctrinis Theologicis contradictoriis, quas omnes communiter appellant sanas, quia formaliter sanæ sunt, quamvis sint materialiter falsæ.

104. Ad tertium de seductione, dico Celladeum terminis abuti, non enim quivis error est, aut dicitur seductio. Theologi, qui in rebus incertis probabilissimè aliquid asserunt, propriè non seducuntur, si errent. Nec S. Thomas, nec S. Bonaventura rectè dicuntur seducti, etsi certum sit, alterutrum illorum in aliquo errasse. Itaque non omnis deceptio propriè loquendo est seductio, sed multa ad talem denominationem requiruntur præter merum errorem. Negatur ergo major, & consequentia argumenti.

105. Quòd si contendas, omnem errorem & deceptionem debere aliquo modo, etsi minùs propriè, dici seductionem, ego potiùs admitam

locutionem tuam, quàm quæstionem de nomine institutam. Verùm, hoc admissio, minor argumenti est falsa, quia jam aliqua doctrina materialiter & per accidens sana improprie seducit. Itaque quocumque te verteris, argumentum ruit.

Ceterum potissima æquivocatio Celladei in parte fuit, quòd inter culpabiliter & inculpabiliter deceptos & errantes non distinxerit. Si inter hos distinxisset, non ita lussisset in terminis deceptionis & seductionis comparatis cum doctrina sana; quia quoad accidentalem seu merè formalem doctrinæ sanitatem ingens inter illas reperitur diversitas. Error culpabilis est error nocivus, qui proinde ex una parte non incongruè dici potest seductio, quia ab imperio voluntatis peccaminoso, & consequenter aliquo modo seductio ortum trahit: ex altera verò parte nullo modo, ne quidem per accidens, dici potest doctrina sana, cum à peccato non excuset. Et error inculpabilis à rationabili voluntatis imperio dependet, & operationem, quam dirigit, à peccato excusat, unde dici potest doctrina sana per accidens, & propriè dici non debet seductio, quæ in malam tantum partem accipi solet.

Celladeus non distinxit inter culpabiliter & inculpabiliter deceptos.

Quamvis o. nis error sit seductio argumenti abicitur.

QUÆSTIO TRIGESIMA.

Utrum intellectus opinari possit æquè & minùs probabilia?

Status quæstionis & opinio Celladei.

IN hoc conveniunt Auctores, quod intellectus in obscuris nunquam determinetur ad assensum ex sola propositione objecti; in quibus tamen per voluntatem flecti potest ad assensum, saltem quando potentiora dantur motiva pro parte, cui datur assensus, quàm pro parte opposita. Præsens quæstio est, utrum intellectus per voluntatem flecti possit ad præbendum assensum cuilibet contradictionis parti, quando utraque est probabilis, sive illa fuerit probabilior, sive æquè, sive minùs probabilis. Hac de re Celladeus in Appendice fusè agit per tres primas quæstiones integras, in quibus contendit probare, quod æquè & minùs probabilia non sint opinabilia. Verùm in hoc, sicut in aliis multis, totus illius discursus ex confusione & æquivocatione terminorum procedit. Hoc ut evincam, non opus est, nisi breviter suggerere, quæ fusè exposui ac probavi in tractatu de Conscientia probabilis, quæst. 7. 8. 9. ac 10. Quæ si Celladeus vidisset, aut planè omisisset, aut longè aliter quæstionem istam decidisset. Sed ut omnia ista ante oculos legentium clarè statuatur. Sit

ASSERTIO PRIMA.

In rebus incertis & probabilibus, apparentia veritatis, quæ comitatur & sequitur affectum & assensum uni parti contradictionis alligatum, cæteris paribus, major est, quàm quæ antecedit talem affectum & assensum, aut omninò ab illa separatur.

2. **V**ERITAS hujus propositionis fusè demonstrata est quæst. 8. num. 25. & sequens de Consc. prob. quæ videri possunt, neque enim opus est illa repetere.

Apparentia comitatur assensum est major, quàm apparentia illum antecedit.

ASSERTIO II.

Qui, omnibus pro utraque contradictionis parte inspectis, absolute existimat ea esse æqualia, stante tali judicio, neutri parti assensum prestare potest. Et multò minùs assentire potest illi parti, quàm absolute & finaliter credit minùs validis argumentis roborari.

3. **R**ATIO est, quia apparentia concomitans & sequens assensum uni parti alligatum, semper fertur in objectum suum tamquam in rem absolute veram, ideoque illud præfert contradictorio, quod reputat esse absolute falsum. Ergò non potest simul judicare, quod motiva pro utraque parte sint æqualia, aut etiam potentiora pro parte, quàm falsam reputat. Et hæc est

Nemo est scire potest illi quod absolute credit, nisi esse probabilis opinio.